5367 t. 2

Bibl. Jag.

II

Vladislaus (Jagiełło) rex Poloniae Joanni sandomiriensi, Spytkoni cracoviensi palatinis ac Spytkoni succamerario cracoviensi de Melsztyn, [illegible] [illegible] censum montanum Bergrecht [illegible]cupatum in salisfodinis vieliczcensibus restituit.

Sandomiriae, anno 1386 die 23 mensis Maji.

(cum confirmatione Casimiri Jagellonidis regis Poloniae data Sandomiriae, a. 1460 d. 2 Maji.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Kazimirus dei gratia Rex Polonie nec non terrarum Cracouie Sandomirie Siradie Lancicie Cuiauie Magnus dux Lithwanie Pomeranie Russie Prussieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris horum noticiam habituris Quod oblata nostre maiestati per generosum Andream de Thanczin et Johannem filium suum fideles nostros dilectos peticio continebat quatenus priuilegium ipsorum infrascriptum de innata nostre maiestati clemencia ratificare gratificare et confirmare dignaremus. Cuius quidem priuilegij tenor sequitur de verbo ad verbum et est talis:

In nomine domini Amen. Vladislaus dei gratia rex Polonie Lithwanieque princeps supremus et heres Russie etc. ad perpetuam rei memoriam. Quamquam regalis dignitatis circumspecta benignitas de sue liberalitatis munificencia universorum ex officij debito subditorum quadam generalitate utilitati dignetur

intendere ut ea que grata ipsorum comoda censean=
tur efficere [illegible] consideracione graciosa perpendat ad
illorum tam procuranda utilitatum comoda quodam
singulari fauore diligencius inclinatur quos in=
temerate fidei firma constancia et intemerata la=
boris diuturnitas claris testimonijs recomendant,
Sane considerantes clare studia et laboris indefessi
solerciam quibus strenui viri Johannes Sandomiri=
ensis et Spithco Cracouiensis palatini ac Spithko
succamerarius Cracouiensis fideles nostri dilecti
ad nos et regni nostri Polonie instaurandos hono=
res multe diligencie conatibus fidelissime labora=
runt, habito igitur respectu ad multiplicia fi=
delitatum fructuosa seruicia nobis et predecesso=
ribus nostris per eos operosa solicitudine exhi=
bita volentes eosdem intuitu seruiciorum huius=
modi specialis gracie prerogatiua prosequi ut ad
seruicia memorata nostris suffulti munificentijs
in antea ut dignum arbitramur se reddere valeant
prompciores de speciali voluntate Serenissime domi=
ne Heduigis regine Polonie conthoralis nostre a=
mantissime Baronum [illegible] eciam nostrorum fideli=
um sano et maturo consilio comunicato praefatis
Johanni et Spithkoni palatinis ac Spithkoni
Succamerario et eorum heredibus ac successoribus
legittimis Jura moncium alias Bergrecht nun=
cupata in Zuppis Salis cum omnibus ipsorum
utilitatibus singulis proventibus ac obvencionibus
omnibus quocumque nomine appellentur que progeni=
toribus ipsorum. ut plene didicimus aliter ablata res=
tituimus graciosius. viceversa Jura moncium alias

Bergrecht in Zuppis nostris Salis prenominata per supradictos Johannem et Spithconem palatinos ac Spithconem Succamerarium et ipsorum heredes ac successores legitimos tenenda habenda et possidenda prout per progenitores ipsorum alias habita sunt et possessa harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum Sandomirie feria quarta post dominicam Cantate Anno domini Millesimo Tricentesimo octuagesimo sexto, presentibus hijs reverendo in Christo patre domino Dobrogostio episcopo poznaniensi Dobeslao castellano Cracouiensi Sandiuogio Calischiensi Johanne Liganza Lanciciensi palatinis Petro Roszen capitaneo Lanciciensi et Dominico vicethezaurario Regni Polonie ac alijs pluribus nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus honorabilis viri domini Zaclicze prepositi Sandomiriensis aule nostre cancellarij nostri fidelis.

Exhibuerunt insuper nobis Andreas et Johannes memorati literam diuisionis germanorum Johannis videlicet et Spithkonis filiorum magnifici olim Spithkonis de Myelsthin palatini Cracouiensis que clare demonstrat predictum censum Berkracht inter ipsos fratres per medium diuisisse videlicet per mediam sexagenam latorum grossorum pragensium in sortem cuiuslibet fratrum predictorum de ipso Berkracht cessisse diuisione et prouenisse quam quidem literam tanquam presentibus inserta foret per nostram maiestatem instancius pecierunt confirmari et ratificari. Nos igitur eorum peticionibus tanquam iustis et racionabilibus benigniter annuentes prescriptum priuilegium et literam sepius nominatam

robur sue firmitatis perpetue obtinere, Harum quibus sigil=
lum nostrum presentibus est appensum testimonio literarum.
Actum in conuencione Sandomiriensi feria sexta in crastino
beatorum Philippi et Jacobi Apostolorum Anno domini Mil=
lesimo quadringentesimo sexagesimo presentibus reverendo
in Christo patre domino Thoma episcopo nec non magni=
ficis Johanne de Thanczin castellano Johanne de Pylcza
Cracouiensi Stanislao de Ostrorog calischiensi palatinis
Przedborio de Conyeczpole Sandomiriensi Petro de Curow
Lublinensi castellanis et aliis quam pluribus testibus
ad premissa. Datum per manus venerabilis et egregij Johan=
nis Luthkonis de Brzesze Utriusque Juris doctoris Sedis apos=
tolice prothonotario et eiusdem Sacri Pallacij causarum
auditoris archidiaconi Gneznensis et Regni Polonie vice=
cancellarij sincere nobis dilecti.

Relacio eiusdem venerabilis Johannis
de Brzesze doctoris Juris utriusque Ar=
chidiaconi Gneznensis et Regni Polonie
Vicecancellarii.

(Ex archetypo membranaceo, cujus sigillum
avulsum erat sed tantum rudimenta funicu=
li sericei rubri coloris restabant, cum anno=
tatione in dorso: Wieliczka)

Michael Iwanowicz significat se villam suam Czerepin Eustachio filio Gregorii Dawidowski pro 19 marcis in vadium dedisse.

Anno 1386 die ~~[illegible]~~ 27 mensis Julii.

Wo imia otcia i syna i swiatoho ducha. Amin. A se ja pan Mychaiło Iwanowycz zastawył swoje seło Czerepyne Hryhorewu synu Dawydowskoho Ostaszkowi a k pana Chodkowi ruci Łojewyczia wo 20 hrywen bez odnoi hrywny a rok ot Spasowa dne; a do Spasowa dne aże newykupyt jeho na toт rok imijet derżaty to seło opiat do druhoho roku. A na to swidocy pan Martyn wojewoda, pan Oleszko Janczyńskij, pan ~~[illegible]~~ Bahram sockij Lwowskij, pan Bohdan Laszkowskij sockij Terebowelskij, Łunyk. A i s tym połem szto prydał był Hryhorewy Szełomyńskoje pole i sinożaty; a na to swidoctwo zawisył swoju peczat, a pan Mychaiło swoju ~~[illegible]~~ peczat. A to sia dijało w liti 6894 misiacia Julia w 27 deń, na swiatoho muczennyka Pantelijmona.

(Przytem na rzemykach wiszące 2 pieczęcie z czarnego wosku jedna z herbami Trąby (Dawidowskich) — w zbiorze Pawlikowskiego Gwalberta.)
(Na pergaminie potulstawem Kirylskim)

4

Hedvigis Regina Poloniae, Lithuaniaeque Princeps suprema et haeres Russiae, milites, nobiles, clientes, advocatos, consules totamque communitatem districtus Przemisliensis in suis privilegiis, iuribus conservat, spondens pro damnis tempore expeditionis stare, e promittens districtum Przemisliensem a Corona Regni Poloniae non alienare, et Capitaneum nisi polonum vel rutenum de nobili genere, creare; item spondet utrumque capitulum, catholicum et ruthenicum circa iura antiqua conservare. – Datum per manus Kelzonis Praepositi S. Mariae in Cracov. civit., aulae nostrae Cancellarii.

In Jaroslaw, Anno 1387, feria secunda Carnisprivii (d. 18 Februarii)

dr. Akta grodz. T. VII p. 36 No. 19.

(Oryginał pergaminowy bez pieczęci w Suchy.)

Alexander (Witoldus) Dux Lithvaniae Brestensis cum aliis Ducibus Benedictum palatinum Haliciensem de gratia Wladislai Regis Poloniae, ratione deditionis castri Haliciensis, assecurat.

Anno 1387, die 11 mensis Augusti

Nos Alexander alias Witoldus [how] Dei gratia Dux Brestensis et Horadiensis etc una cum fratribus nostris dilectis eadem gratia Ducibus, videlicet Georgio alias Dowkhont, Fedorio [Belzen.] de Rathin, Wassilio de Pinsko, Fedorio de Ladomiria, Cheorio de Sluczsko et Symeone Stepansky et universis quibus expedit praesentem literam inspecturis protestamus: Quod cum Benedictus protunc Woiewoda Haliciensis cum socio suo Luca et aliis, non valentes resistere potentiae nostrae, castrum memoratum Halicz in manus serenissimi Principis domini Wladislai Dei gratia Regis Poloniae etc. contribueret, unde nos eidem Benedicto verbo nostrae maiestatis promisimus et praesentibus promittimus, pro domino

Rohatin

Georgius

(contulerunt)

nostro gratiosissimo domino Wladislao Rege Poloniae, fratre nostro charissimo praenotato, quod ipsum Benedictum favore et gratia speciali prosequi, tenere, tanquam suum sibi fidelem et dilectum. Caeterum eidem Benedicto sine dolo et fraude promittimus et spondemus pro omnibus dampnis et haereditatibus suis, et omnes inimicitias, quascunque cum terrigenis, civitatibus, villanis, mercatoribus et aliis hominibus, cuiuscunque status vel conditionis existant, idem Benedictus cum suis omnibus familiis contraxit et perpetravit, suo tempore, tenente dicti castri Halicz, ab eisdem dominus noster Rex Poloniae et frater noster dilectus tenetur ipsum defendere, protegere, excusari. Datum in crastino Sancti Laurentii martyris gloriosi, Anno Domini Millesimo Trecentesimo octuagesimo septimo.

(Oryginał pergaminowy, przy którym wisiała jedna pieczęć cała, a dwie były oderwane, zostawał r. 1785 w Archiwum Koronnem. — Kopia w Tekach Naruszewicza Tom IX, Nr. 43.) Gołębiowski I. st. 501

Judicium terrestre cracoviense recognoscit, nobilem Stanislaum filium Thomae de Lednica suos campos cum septem hortis penes Wieliczkam jacentes, consulibus civitatis Wieliczka vendidisse.

Cracoviae, anno 1389 die 29 mensis Junii.

alias pastis Klossow

Nos Drogomirus judex et Krzeslaus subjudex terrae cracoviensis generales notum facimus quibus expedit universis: quod cum pro tribunali sedebamus, accedens ad nostram nostrorumque assessorum praesentiam nobilis vir Stanislaus Tomschikonis de Lyednycza non compulsus nec coactus sed de bona animi sui deliberatione consilioque suorum amicorum praehabito omnes campos suos alias nywij et septem hortos jacentes a via dicta Kloszow usque ad allodium Janussij Scholdra dicti penes Wyelyczkam cum omnibus et singulis utilitatibus quae ibidem sunt vel fieri quomodo libet possunt in futuro quibuscumque nominibus vocitentur secundum quod sunt praemissi campi et horti in suis metis longe lateque circumferen-

cialiter distincti et limitati prout solus ex successio=
ne paterna tenuit, habuit et possedit, nihil pro se
aut suis successoribus juris dominii et utilitatis
in praemissis reservando circumspectis providisque
viris dominis consulibus totaeque communitati
civitatis Wyelyczka ipsorumque liberis et legittimis
successoribus pro septuaginta marcis grossorum
pragensium numeri consveti in regno decurrentis
et commutatione quinque camporum jacentium a via
Lyednycza in perpetuum vendidit et jure haeredi=
tario resignavit renuntians omnem repetitionem
et rehabitionem pro praemissis, sed per ipsos con=
sules ipsorumque legittimos successores perpetuis
temporibus tenendum, habendum, vendendum, do=
nandum, commutandum utifruendum, et prout
ipsis melius videbitur convertendum. In cujus
rei testimonium sigilla nostra praesentibus
sunt appensa. Actum et datum Cracoviae die
beatorum Petri et Pauli apostolorum, Anno do=
mini Millesimo trecentesimo octuagesimo nono;
Praesentibus hijs Sulcone judice, Rudica de Ram=
byerzycze, Borcone de Tssczenicz burgrabiis castri
cracoviensis, Prandota de ~~Ne~~ Neprzeszna, Clemente
de Cunow, Johanne de Czulycz haeredibus et aliis
multis fide dignis.

(Ex manuscripto codice Privilegiorum civitatis
Wieliczka per Felicem Lovicensem notarium a. 1552
exarato, pag. 140–142.)

Vladislaus (Jagiełło) rex Poloniae, haereditates Poniedziałek, Lednica et Tomszykowskie per cives velicienses coemptas, civitati Wieliczka incorporat.

Cracoviae, anno 1389, die 20 mensis Augusti.

In nomine Domini Amen. Wladislaus dei gratia rex Poloniae, Lytwaniaeque princeps supremus et haeres Russiae etc. Ad perpetuam rei memoriam. Notum facimus universis quibus expedit praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris: quod mente gratuita perpendentes clarae fidei constantiam ac grata fidelium servitiorum merita civium et incolarum nostrae civitatis Wyeliczka fidelium dilectorum quibus iidem majestatem nostram hactenus venerati sunt nec desinunt continuo venerari, quorum intuitu praefatos cives et incolas in Wyeliczka specialis gratiae praerogativa laetari volentes et perfrui ampliori cupientesque civitatis nostrae Wyeliczka praedictae conditionem ex eo fieri meliorem: ipsis civibus et incolis

wieliciensibus Ponedzalek apud strenuum An-
dream de Korabenicze, Lednyczam apud Rathol-
dum de Cziricz, Thomschikowske apud Thom-
schiconem de Lednycza et Stanislaum filium ejus
per dictos cives empta et comparata ac alia om-
nia et singula per eosdem cives coempta foris ci-
vitatem praedictam consistentia et situata eidem
civitati Weliczka incorporamus, inviseramus,
inscribimus et appropriamus: ita ut ex nunc et
in aevum homines et quivis incolae terrarum
praedictarum nominatarum et non nominatarum
juribus et consvetudinibus eisdem fruantur et
gaudeant, quibus cives et incolae ipsius civi-
tatis Welyczka gaudent et fruuntur. Exactiones
et solutiones regales quaslibet reddant et faciant
cum civibus supradictis nec alicui subiciantur
vel obediant, nisi proconsuli et consulibus sae-
pedictae civitatis Weliczka qui fuerint pro tem-
pore constituti temporibus perpetuis affutu-
ris. Harum quibus sigillum nostrum appensum
est testimonio litterarum. Actum Cracoviae feria
sexta infra octavas Assumptionis sanctae Ma-
riae virginis gloriosae, Anno domini Millesi-
mo trecentesimo octuagesimo nono. Praesentibus
his Spitkone palatino cracoviensi, Petro Kmythe
castellano lyublynensi, Cristino de Ostrow magis-
tro curiae consortis nostrae, Petro Koley, Dimetrio

vicethesaurario et Martino Rup, aliisque multis nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus honorabilis Zaclice praepositi sandomiriensis aulae nostrae cancellarii fidelis dilecti.

(Ex manuscripto codice Privilegiorum civitatis Wieliczka per Felicem Dovicensem notarium a. 1552 exarato, pag. 21-23.)

Wladislaus (Jagiełło) Rex Poloniae Clementi de Moskorzow Vicecancellario Regni, castrum Dobczyce cum villis adiacentibus donat.

In Opatow, Anno 1390, die 4 mensis Decembris.

In nomine Domini Amen. Wladislaus Dei gratia Rex Poloniae, nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuyaviae, Pomeraniae, Lithuaniaeque Princeps supremus et haeres Russiae etc. Ad rei memoriam sempiternam. Significamus quibus expedit universis tam praesentibus quam futuris, praesentium notitiam habituris: Quod quanquam ad singulos regimini nostro fidedictos liberalitatis nostrae dexteram extendere perstudemus; illis tamen munificentiae manum merito liberalius aperimus, quos fideles nobis ab operum experimento sentimus et ad obsequendum fervidos cognoscimus et intentos: cum tales pro favore prosequimur, alios

absque dubio ad agendum similia paratius exci=
tamus. Cum igitur nobilis Clemens de Moscor=
zow Vicecancellarius Regni nostri Poloniae
nec non Capitaneus noster Lithuaniae gene=
ralis, fidelis dilectus, ad nostros ac ipsius
Regni nostri Poloniae augendos honores multae
diligentiae conatibus laboravit; cum etiam idem
Clemens ea quae nostrum et Regni nostri Polo=
niae decus et gloriam respiciunt, specialibus ob=
sequiorum insigniis prosequitur continuo diligen=
ter, cuiusque merae fidelitatis constantiam
cottidianis indiciis experimur: nam circa defen=
sionem castri nostri Vilnensis in circumvallatio=
ne per aemulos nostros, Cruciferos de Prussia
et Liflant nuper habita, intentum se reddidit
et omnimode diligentem: Dei quidem praecipue,
ipsiusque Clementis praesidio et studio ipsum ca=
strum Vilnense extitit conservatum. Et licet eidem
Clementi praetextu servitiorum suorum huius=
modi multum ampliora praemiorum antidota de=
berent non immerito respondere: ipsum tamen
per munificentiae nostrae...... nobis ad obsequen=
dum sicut dignum arbitramur, cupientes in antea

reddere promptiorem, ipsi Clementi, suisque succes=
soribus legitimis castrum nostrum Dobschicze
et villas Vinari videlicet, Rudniki, Camyk, Bran=
czovice, Krzinca, Brzozova, Burlethka, Cunrathca,
Posnachovice, Superiorem Wischnova, Jezmanowca
et Cobelnik, cum omnibus ipsius castri, civitatis
et villarum utilitatibus, censibus, fructibus red=
ditibus, proventibus, agris, pratis, campis, pascuis,
silvis, nemoribus, quercetis, gaiis, virgultis, meri=
cis, borris, melificiis, piscinis, molendinis, lacu=
bus, paludibus, stagnis, aquis et earum decursi=
bus, piscaturis, emolimentis, metis et gadibus,
et aliis quibuscunque pertinentiis, obventioni=
bus et appendiis universis, quibuscunque nomini=
bus censeantur, nullis penitus exclusis, prout
ipsum castrum, civitas et villae in earum gra=
niciis, metis et gadibus circumferentialiter et
orbiculariter limitatae sunt et distinctae, damus,
conferimus et donamus donatione perpetua et
irrevocabili perpetuis temporibus duraturis;
ita tamen si praefatum Clementem prolem cuius=
cunque sexus ex se contigerit generare, cum omni=
moda potestate praenotatum castrum et villas

tenendi, habendi, utifruendi, vendendi, obligandi, com=
mutandi, donandi et perpetue possidendi, ac in usus
suos et haeredum ac successorum suorum legitimorum
beneplacitos voluntarios convertendi, prout sibi et
eisdem melius, utilius et convenientius expedire
videbitur, pro suo et eorundem beneplacito volun=
tatis, nihil iuris, dominii aut proprietatis pro
nobis aut successoribus nostris penitus reservantes,
exclusis duobus grossis de quolibet manso possesso,
semel duntaxat in anno ad thesaurum regium
temporibus perpetuis exsolvendis; constituentes
praefatum Clementem et suos haeredes ac suc=
cessores legitimos ipsius castri et civitatis Dob=
schice ac villarum......... veros et legitimos
haeredes et dominos ac perpetuos possessores.
In casu vero, quo praenotatum Clementem ab hac
luce migrare contigerit, prole per ipsum non
procreata, extunc solutis per nos quingentis mar=
cis grossorum Polonicalis numeri et consueti cogna=
tis et amicis ipsius Clementis proximioribus, ipsum
castrum et civitas Dobschice una cum villis praescriptis,
ad nos et successores nostros vice versa redire debe=
ant pleno iure. Volumus itaque edicto regio firmius

statuentes, ut duo centenarii grossi ac duae mensurae minuti salis suprascripto Clementi et suis haeredibus ac successoribus legitimis quibuslibet temporibus Quatuortemporum pro conservatione ipsius castri Dobschice temporibus perpetuis dari debeant per Supparios nostros in Wielicza, qui pro tempore fuerint, difficultate et contradictione quibuslibet proculmotis. Decernentes insuper, quod homines et incolae ipsius civitatis Dobschice iuxta eorum gratias, libertates et iura, quibus per nos et per praedecessores nostros Reges Poloniae suffulti sunt, debeant omnimode conservari. In quorum omnium testimonium et evidentiam pleniorem sigillum nostrum maius ex certa nostra scientia duximus praesentibus appendendum. Actum in Opatow, ipso die beatae Barbarae Virginis, gloriosae, Anno Domini Millesimo Trecentesimo nonagesimo, Praesentibus testibus Pelca iudice, Prandota subiudice, Prandota tribuno Sandomiriensibus, Nicolao Cztan, Prandota de Przeziwodi et Ivone de Goray, ac aliis quam pluribus fidelibus nostris fide dignis. Datum per manus venerabilis Zaclice Aulae nostrae Cancellarii fidelis dilecti.

(Originale privilegium in pergameno, sine si=
gillo erat in Archivo Regni A. 1785. – Copia
in Thecis Naruszevicianis, Tom IX, Nr. 96.)

Spytko de Melsztyn advocatiam in Nowy-Sambor cum facultate locandae ibidem civitatis in jure theutonico, Henrico advocato Lancutensi vendit.

Neo-Samboriae, Anno 1390, die 13 mensis Decembris.

In nomine patris et filii et Spiritus Sancti feliciter Amen. Quoniam ut ait sapiens: Non est priorum memoria, sed nec eorum quidem quae postea futura sunt, erit recordatio apud eos, qui futuri sunt in novissimo: ideo necessarium est gesta transitoria per testimonia scripturae posterorum memoriae comendare. Ea propter nos Spitko de Melsteyn haeres et dominus districtus Zamboriensis nec non pallatinus et protunc capitaneus Cracoviensis Significamus universis tam praesentibus quam futuris: Quod redditum et proventuum nostrorum conditionem volentes facere ac fieri meliorem, deliberatione super eo habita

Spitko de Melsteyn

p. 155-157.

praematura, advocatiam in Novo Sambor olim Poho=
nicz nuncupatum, nostri districtus Samborien=
sis praedicti, in se a granicziebus villae dictae
Strzelkowicze usque ad metas alterius villae
videlicet Hubiczcze certum spatium continentem
circumspecto viro Heynrico quondam advocato
in Landshut et suis haeredibus ac legittimis
successoribus pro Octuaginta marcis grosso=
rum Pragensium numeri et pagamenti Poloni=
ci, quadraginta octo grossis pro marca quali=
bet computatis, rite et rationabiliter omni iu=
re haereditario vendidimus atque iusto venditio=
nis titulo praesentibus resignamus, conferimus
et assignamus per ipsum et suos posteros suc=
cessores que legittimos habendam, tenendam,
utifruendam ac jure haereditario et perpetue
possidendam, vendendam, donandam, commutan=
dam, alienandam ac in usus quosvis pro volun=
tatis ipsorum libito quomodolibet libere conver=
tendam, dantes et concedentes eisdem Heynrico
et suis legitthimis successoribus plenam et omnimodam
potestatem ibidem in Novo Sambor alias Pohonicz

civitatem in et sub iure Theutonico, quod Meydburgense dicitur, locandi, faciendi et mansos quantoplures infra granicies praedictas fieri poterint extirpandi et extirpatos colendi. De quibuscunque mansis iam extirpatis vel extirpandis decem mansi debent fore liberi et soluti, quorum sex ipsi Advocato et suis posteris, duo pro ecclesia et duo pro grege ipsius civitatis pellenda, quae vulgariter Skothnicza dicitur, libere pertinebunt. Damus insuper et conferimus praedictis Advocato et suis posteris omnia macella carnium, scampna sive bancos sutorum et pistorum, quotquot ipsi in ipsa civitate locanda et extruenda duxerint, libera et soluta, balneum liberum, piscinas liberas, molendina libera, quotcunque in praedictis granicciebus fieri poterint et parari, pratum liberum, quod pro sua sufficere poterit necessitate, aucupationes et venationes liberas, in parvis dumtaxat animalibus, sed non in cervis neque doris. De mellificiis vero quae in silvis parata et quotquot exorta fuerint, nobis et successoribus nostris duae partes, ipsis vero Advocato et suis posteris tertia cedere debe=

ant et debebunt. Et ut ipsa civitas ex praesenti
nostra fundatione seu locatione felicibus adau=
geri valeat incrementis, pro ipsa locatione octo an=
norum et in agris (videlicet) extirpatis octo, in meri=
cis vero extirpandis quatuordecim annorum concedi=
mus libertatem, quibus elapsis quilibet incola (ipsi=
us) civitatis de suo manso quolibet unam marcam
monetae protunc in terra decurrentis et duos trun=
cos de avena nobis et successoribus nostris solve=
re tenebuntur. De quocunque censu praedicti Advo=
catus et sui posteri in pecuniis sextum recipiant
denarium, nobis duos omnimode assignabunt.
Decimam vero de praetactis mansis veluti caeteri
terrae Russiae campicolae (Christicolae) dabunt
illi et illuc, cui et quo ipsam tribuere faciemus.
Praeterea ut praedicta civitas nostram liberalita=
tem sibi prodesse sentiat, pro ipsius utilitate et
augmento felici mensas seu cameras pannorum
sive pannicidarum, ac censum de pannicidio
provenientem ipsi civitati perpetuo provenien=
tem, ipsi civitati perpetue conferimus et donamus.
Textores autem inibi manentes, qui non alios, quam
quos propriis texuerint manibus, ciderint et cident

pannos, a praefato pannicidii censu ac ipsius solutione liberos habere volumus et exemptos. Ipsius etiam civitatis incolae sive cives in aquis fluentibus liberas habere debeant piscaturas; (h)ortulani quoque, quotquot ibidem fieri poterint, nobis una pars, altera Advocato et tertia ipsi civitati libere pertinebunt. Debemus etiam pro speciali ipsius civitatis consolatione pascua exponere atque dare. Insuper omnino volumus, quod supradictae civitatis incolae seu cives non aliter quam iure Meydeburgensi iudicari debeant, ita quod ipsi cives coram nullo, nisi suo advocato, et advocatus nisi coram nobis, in suis, tam parvis quam magnis respondebunt causis iuxta omnem observantiam atque ritum, quae praescriptum Jus Meydeburgense in suis conditionibus, clausulis atque punctis postulat et requirit. Item adiungimus praenotatis, quod ipse advocatus et sui posteri liberam habere debeant facultatem etiam fluminis Nester, in granicies seu limites (praedictae) ipsius civitatis quanto propinquius aut

melius poterint, deducant. Nihilominus addentes quod saepedicti advocatus et sui successores suprascripta libertate elapsa, nobis et successoribus nostris legitimis cum una hasta et duobus sagittariis ad expeditionem sive exercitium, quotiescunque opportunum fuerit, servire efficaciter sint astricti. Ne autem praesens nostra venditio, locatio et aliae nostrae dispositiones praesentibus insertae valeant per quempiam in suis effectibus irritari, praesentia in robur perpetuum scribere fecimus, nostri maioris sigilli munimine consignando. Actum et datum in Novosambor praedicto, die beatae Luciae virginis, Anno domini Millesimo trecentesimo nonagesimo. Praesentibus validis viris et nobilibus dominis Johanne de Tharnow palatino Sandomiriensi et capitaneo Russiae, Benkone haerede de Szabokruc, Andrea Chodconis de Bybel, Zegotha de Gnoyno, Nicolao Mozurowski, Dzurgio de Stupnicza Woywoda Walachorum et aliis quam plurimis fide dignis.

(Oryginał na pergaminie z pieczęcią woskową białą, przedstawiającą tarczę herbową Leliwa z napisem nieczytelnym w otoku, wiszącą na sznurku z białego i niebieskiego jedwabiu kręconym. – W zbiorze Michała Balińskiego w Wilnie.)

(Druk z błędami w Bibliotece warszawskiej 1844, Tom III, Sierpień, str. 291–294.)

(Odpis z XV wieku jest w rękopiśmiennej książeczce rodziny Melsztyńskich, in 8º. pag. 155–157 – w bibliotece Ossolińskich we Lwowie.)

Advocatus et jurati supremi judicii juris theutonici in castro cracoviensi recognoscunt Paulum advocatum de Wieliczka molendinum equineum in Wieliczka consulibus ejusdem civitatis vendidisse.

Cracoviae anno 1391, die 29 mensis Junii.

Nos Andreas prout judex seu advocatus supremi juris provincialis theutonici castri cracoviensis per serenissimum principem dominum ac dominum Wladislaum dei gratia regem Poloniae una cum juratis infra scriptis ad id specialiter deputatis recognoscimus per praesentes universis et singulis praesentium notitiam habituris: quod discretus vir Paulus advocatus de Wyelyczka una cum sua conthorali legitima nec non Anna relicta quondam Georgii cum filio suo Janussio tanquam cum tutore suo legitimo ac etiam Constantia cum filio suo Janussio de voluntate et consensu sui mariti Martini dicti Warsowsci: hÿ omnes voce unanimi non compulsi nec coacti sed bona deliberatione maturoque consilio ad nostram venientes praesentiam, nostro in juditio bannito talem concordiam

seu forum recognoverunt: ita quod molendinum
equireum in civitate Wyelitiensi quod ad ipsorum
advocatiam dignoscitur de jure pertinere, ibidem
in civitate praedicta Wyelitiensibus consulibus
perpetuis temporibus vendiderunt pro censu decem
marcarum sibi singulis annis ita quod consules
praedicti censum jam dictum decem marcarum de-
bent omni anno advocatis praescriptis ad festum
sancti Martini qualibet occasione postposita, ta-
li conditione interposita: quod si molendinum
saepedictum combureretur, sive aliquo modo anni-
hilaretur vel in alio loco construeretur per con-
sules praedictos, semper consules jam nominati
quicumque pro tempore fuerint, tenentur de jure
censum praetactum ad festum praefatum solven-
do pagare advocatis quicumque supradictae advo-
catiae dominio praesidebunt, hoc etiam adjecto,
quod advocati saepedicti nullum aliud molendi-
num nec in civitate nec extra civitatem in prae-
judicium consulum sive ipsorum dicto molendino
debent edificare. Super quibus omnibus contractis
praedicti consules propter robur perpetuae fir-
mitatis sibi a nobis petierunt litteram nostro
de judicio bannito sigillo nostri judicii praedic-
ti munitam ac confirmatam. Actum et datum
feria quinta proxima post festum Johannis Bap-
tistae, Anno Domini Millesimo trecentesimo no-

nagesimo primo; Praesentibus hijs testibus: Martino de Igolomia, Dinkone de Cracovia, Nicolao Albo sartore de Kazimiria, Domano de Dobsicze, Miroslao de Cuborowycze, Stanislao de Glogoczow, Nicolao de Izdebnyk scultetis et juratis judicii praenominati ac aliis pluribus fide dignis.

(Ex manuscripto codice Privilegiorum civitatis Wieliczka per Felicem Locicensem notarium a. 1552 exarato pag. 173–176.)

Hedvigis regina Poloniae perpetuitatem possessionis omnium bonorum Spitkoni de Melstin palatino Cracoviensi approbat.

Cracoviae, Anno 1391, die 31 mensis Octobris.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Hedwigis Dei gratia Regina Poloniae, Lithvaniaeque Princeps suprema et haeres Russiae etc. harum notitiam habituris tam praesentibus quam futuris significamus quibus expedit universis: quod in nostrae Maiestatis constitutus praesentia strenuus Spithko palatinus Cracoviensis, miles noster fidelis dilectus nobis precum instantia humiliter supplicavit, quatenus de innata clementia nobis sibi privilegium perpetuitatis dare et concedere ac ipsum suosque heredes et successores legittimos castrorum, opidorum, villarum

et possessionum infrascriptarum videlicet castrorum Melsthin in Craćoviensi et Sambor in Russiae terris nostris sitorum ac opidorum Szabno Kosyasz et Brzezek villarum vero Neczecza prope Szabno, Wschierzedza Oporischow, Crastow Pyassek Zagayow Chroszczyże, Cobylnyki Passimyechy Czeszchow duplicis Magnae villae Moczydla Chlewicze Zarognyeyovicze Chlewska Wola Potrkowicze Wrossowicze Lanka Poramba Okoczyn Jassen Pomyanowawola Brzozovyecz Gwosdzecz Zawada Brzezowa Olpini Schyrzini Swyaczany Olschyny Charzovycze nec non domus sitae in platea Sancti Francisci in Craćovia cum ipsorum pertinentiis et appendiis universis, quae dudum iure haereditario tenuit, habuit et possedit, constituere dignaremur verum perpetuum dominum et haeredem. Nos itaque iustis ipsius petitionibus acclinati, memoratum Spithkonem palatinum Craćoviensem

omnium praedictorum castrorum, opidorum, villarum et possessionum superius expressa=rum facimus, constituimus verum dominum et haeredem ipsius posteros et legittimos successores cum potestate omnimoda praemis=sa habendum, tenendum, possidendum, venden=dum, donandum, alienandum permutandum et in usus beneplacitos convertendum, prout sibi suisque posteris et legittimis successo=ribus melius et utilius videbitur expedire. Actum Cracoviae, in vigilia Omnium Sancto=rum Anno Domini Millesimo trecentesi=mo nonagesimo primo. Praesentibus Jo=hanne de Tarnow palatino Sandomiriensi, Nawogio tribuno Cracoviensi, Paskone Slodzey castellano Beczensi, Jacussio nostro succamerario, Demetrio thesaurario nostro, Pelka de Gnoyno et aliis pluribus nostris fidelibus fide dignis. Datum per ma=nus Magistri Mathiae Canonici Gneznensis, Aulae nostrae Cancellarii fidelis dilecti.

(Ex Libello Melsztyniorum pag. 157–159)

p. 157–159

Wladislaus (Jagiello) Rex Poloniae venditionem villarum Dobruczyce et Wienczawice per Michaelem Żaba Petro Aniladio Armeno mercatori factam, approbat.

Leopoli, Anno 1391, die 31 mensis Octobris.

In nomine Domini, Amen. Nos Wladislaus Dei gratia Rex Poloniae, Princeps Lithuaniae nec non supremus haeres Russiae, Significamus tenore praesentium quibus expedit universis: quomodo ad nostrae maiestatis praesentiam Aniladyn Armenus mercator noster deposuit coram nobis literas nobilis Johannis de Tarnow fidelis nostri dilecti palatini Sandomiriensis et capitanei terrae Russiae nostrae generalis, nobis humiliter supplicando, ut eius munimenta et iura, quae coram ipso gesta et facta erant, praedicto Aniladio mercatori nostro regia authoritate ratificaremus, quae ab ipso palatino nostro habuit; cuius literarum forma talis fuit.

Nos Johannes haeres de Tarnow palatinus Sandomiriensis et capitaneus Cracoviensis, Russiae generalis, ad rei memoriam dum venerit praesens litera et actio: Quomodo ad nostram veniens praesentiam et nostrorum assessorum fidedignorum constitutus nobilis Michael alias Szaba haeres praedictarum villarum, videlicet Dobruczycze alias Beylka, et Wienczawicze, sanus mente et corpore, nec coactus, nec compulsus, sed habito maturo consilio suorum amicorum, vendidit praedicta sua bona, videlicet Dobruczycze alias Beylkow et Wienczawicz,

Bitka

Petro Quiladio pro tricentis sexagenis numeri Ruthenicalis cum utilitatibus, agris, piscinis, molendinis, sylvis, gaijs, quercubus, lacubus, venationibus, rivulis et cum theloneo, prout ab antiquis temporibus dignoscitur pertinere, videlicet dum ducitur pannum vel mel, per unum grossum tollitur atrum

Praedictus vero Michael vendidit tam longe et tam late, prout solus tenuit et possedit, prout sui successores possidebant, ad habendum et tenendum, possidendum, vendendum, commutandum, prout sibi et suis posteris videbitur expedire etc.

Nos vero consideratis eius fideli (servitio) sincero nobis
exhibitis, ex nostra speciali gratia dedimus et donavi=
mus praedicto Aniladio Armeno fideli nostro et suis
successoribus legitimis praedicta prata Osmilanin, Os=
trow et Sabucze, insuper etiam libertatem concessimus Zabucze
tam longe et late, sicut piscina extendi poterit ad nos=
tros campos seu prata, quae spectant ad Gay, etiam
liberum facimus ad sylvas post fluvium Poltewy, ubi=
que lignis vel pro aedificiis excindendis et aliis utilitati=
bus ad perpetua tempora obtinendum. Insuper fecimus
praedictum Aniladium haeredem in his bonis et con=
stitimus et contulimus ad vendendum et commutan=
dum et alienandum, prout sibi melius videbitur per=
petuae firmitatis obtinere. Harum quibus sigillum
nostrum est appensum testimonio literarum. Actum et
datum in Leopoli, in vigilia Omnium Sanctorum, An=
no Domini Millesimo Trecentesimo nonagesimo 31 Oct.
primo. Praesentibus his strenuis viris, Johanne
Sandomiriensi, Spithkone Cracoviensi, Sandziwo=
gio Capitaneo Polonen. Drogossio iudice, Wlodkone
pincerna Cracoviensibus, aliisque quam pluribus nos=
tris fidelibus et fide dignis. Datum per manus hono=
rabilis viri domini Zaklicze Praepositi Sandomi=
riensis, Aulae nostrae Cancellarii nostri fidelis dilecti.

(Oryginał pergaminowy z pieczęcią wiszącą na sznurku jedwabnym, był w Archiwum Koron. r. 1785. – Kopia z mylkami w Tekach Naruszewicza Tom IX, Nr. 113.)

Dzierszko filius Momothonis villam Krzyzanowice consulibus civitatis Bochnia coram judicio terrestri cracoviensi vendit.

Cracoviae, anno 1392, die 4 mensis Novembris.

Nos Drogomirus judex, Michael subjudex terrae Cracoviensis generales notum facimus quibus expedit universis praesentem literam inspecturis: Quod cum pro tribunali sedebamus accedens ad nostram, nostrorumque assessorum praesentiam nobilis vir Dzerszko Momothonis haeres de Krzyzanowice non compulsus nec coactus aut aliquo dolo circumventus sed de bona animi sui deliberatione consilioque amicorum suorum praehabito villam suam praedictam Krzyzanowice cum omnibus et singulis utilitatibus quae ibidem sunt vel fieri quomodolibet provisione meliori mediante possunt,

in futurum quibuscunque nominibus vociten=
tur, secundum quod est dicta villa in suis
metis longe lateque circumferentialiter dis=
tincta et limitata, prout ipse solus tenuit,
habuit et possidebat, nihil pro se aut liberis
et legitimis successoribus juris, dominii et
utilitatis in ibidem reservando et cum jure
patronatus ecclesiae parochialis in ibidem,
circumspectis viris dominis consulibus, ci=
vibus, totique communitati civitatis Bochen=
sis, ipsorumque liberis et legitimis successo=
ribus pro quadringentis marcis grossorum
pragensium numeri consveti in regno decur=
rentis in perpetuum vendidit et jure haere=
ditario, tituloque venditionis resignavit,
Promittens pro impedimento uxoris suae et
aliorum quorumvis pro praedicta villa dictos
consules et communitatem intercedere et effec=
tualiter liberare, et eorum renuntiationem om=
nium repetiendam et rehabitionum pro prae=
dicta villa Krzyzanowice, sed per ipsos consu=
les totamque communitatem civitatis Bochnensis

ipsorumque liberos et legitimos successores per=
petuis temporibus tenendam, habendam, venden=
dam, donandam, commutandam et ad usus suos
suorumque beneplacitos successorum conver=
tendam. In cujus rei testimonium sigilla nos=
tra praesentibus sunt appensa. Actum et datum
Cracoviae feria tertia post festum Sanctorum
Omnium, Anno Domini Millesimo Trecentesimo
nonagesimo secundo, Praesentibus his Pascho=
ne castellano becensi, Sulcone judice, Pelka
de Gnoyno, Andrea de Rankschczicz, Borcone
de Tsczeniec, Sluchota de Stadniki burgra=
bii castri cracoviensis et aliis multis perso=
nis fide dignis.

(Ex oblata ad acta castr. cracov. per
nob. Thomam Moskalewicz, feria
3a post domin. Ramispalmarum 1722.
Libr. Relat. Tom 145 pag. 1012–1013
Nr. 317.)

Joannes episcopus leubusiensis Joanni de Tarnow palatino sandomiriensi concedit facultatem erigendi parochialem ecclesiam in Przeworsk.

+++

In Fürstenwald, anno 1393 die 28 mensis Aprilis

Joannes Dei et Apostolicae sedis gratia Episcopus Lubucensis

Nakielski Miechov p. 338

29 września

Spytko (de Melsztyn) palatinus et capitaneus Cracoviensis, Margaretham relictam viduam Stephani Panchirz de Rzeszotary et filium ejus Franciscum duos parietes domus in platea S. Annae Cracoviae Josmano Judeo vendidisse recognoscit.

Cracoviae, Anno 1393, die 29 mensis Maii.
(Cum approbatione Wladislai regis Poloniae, data Cracoviae d. 8 m. Junii 1393 a.)

In nomine Domini Amen. Wladislaus Dei gratia Rex Poloniae, Lithwaniaeque Princeps supremus et haeres Russiae etc. Ad perpetuam rei memoriam. Significamus universis quibus expedit praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris: Quod pro parte Josmani Judei Cracoviensis, Camerae nostrae servi fidelis oblata nostrae celsitudini petitio continebat, quatenus literam Spithconis Palatini nostri Cracoviensis, ipsius pendenti Sigillo sigillatam, sanam et integram ac omni prorsus suspitionis vitio carentem, confirmare, ratificare et approbare velimus. Cujus tenor continuo sequitur in haec verba:

Nicolaus Mzurowski haeres in Rudołowice ecclesiam parochialem in villa Rudołowice fundat, eidemque dotem assignat.

Anno 1393 die 21 mensis Octobris.

In nomine Domini Amen. Nos Nicolaus Mzurowski haeres in Rudolowice

Nakielski Miechov pag. 345

25 wiesy

Drogomirus judex et Michael subjudex cracovienses monasterio Staniątecensi posessionem prati in villa Kozlica penes Igolomiam adjudicant.

Cracoviae, anno 1393 die 26 mensis Novembris.

Nos Drogomirus judex, Michael subjudex generalis terrae cracoviensis significamus quibus expedit universis praesentibus et futuris tenorem praesentium notitiam habituris: quod cum pro tribunali sedebamus accedendo religiosa domina Szwychte abbatissa de Staniantki, nostrum nostrorumque assessorum praesentiam in termino primo et secundo et tertio peremptorio et concitatorio acquisivit super Hymramonem de Czulicze unum pratum dictum Kozlic ex utraque magnam viam et penes fluvium dictum Wisla: nos vero visa justitia ipsius dominae abbatissae de Staniantki adjudicavimus sibi et

suis posteris in perpetuum possidere, tenendum, habendum et ad usus beneplacitos convertendum. In cujus evidentiam sigilla nostra praesentibus sunt appensa. Actum et datum in Cracovia in crastino sanctae Catharinae sub Anno Domini Millesimo Trecentesimo nonagesimo tertio; Praesentibus his testibus strenuo viro domino Clemente de Kunow, strenuo viro domino Prendota de Nieprza, strenuo viro domino Petro de Zarczynowicze, Syszczynio de Kozlow et aliis quam plurimis, Zbigneo de Zyrowice, Przecszlao de Opatkowice et aliis quam pluribus fide dignis.

(Ex transsumpto inserto in Decreto dislimitationis inter villas Tropiszow et Igolomia lato fer. 5a post fest. Assumptionis B. Mariae V. 1535. – Oblat. in actis castr. Cracov. fer. 2a post fest. Visitationis B. Mariae V. 1758. Tom. Relat 191 pag. 2235 No 748)

Hedvigis regina Poloniae civitatem Sambor cum villis adjacentibus Spitkonis de Melsztyn palatini et capitanei Cracoviensis ab exactione regali Podymszczyzna dicta, liberat. Radomiae, Anno 1394, die 1 mensis Januarii.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Hedwigis Dei gratia Regina Poloniae, Cracoviae, Sandomiriae, Syradiae, Lanciciae, Cuyaviae, Litphaniae Princeps suprema, Pomeraniae, Russiaeque domina et haeres, significamus universis quibus expedit tam praesentibus quam futuris praesentium notitiam habituris: quod quamvis benemerentes eorum poscentibus meritis ad exuberantis nostrae benignae liberalitatis beneficiorum grata largimenta et culmina gratiosis (grosis) cupiamus desideriis sublimare; innata tamen nobis clementia illorum promotionem et ampliora commodorum et fructuum incrementa

p. 159-161

ferventioribus exoptat affectibus, quos iugi
fide et perseveranti constantia non solum
maiestati nostrae continua obsequiorum
studia exhibuisse, verum etiam ipsorum
progenitores in nostrorum praedecessorum
sanctae recordationis Regum Poloniae in=
clitorum acceptis servitiis constat operosius
perstitisse et in senium processisse. Sane
siquidem prout fatemur Serenissimus domi=
nus princeps dominus Wladislaus terrarum
supradictarum Rex coniunx noster cha=
rissimus benigne considerationis intuitu
attendens laudabilia virtutum merita, qui=
bus spectabilis et validus miles Spithko
de Melsthin palatinus et capitaneus Craco=
viensis noster fidelis dilectus aut eiusdem
domini Consortis nostri et nostram celsi=
tudinem obsequiosis studiis et operosis la=
boribus prestantius relucere prae aliis est
intentus: ex certa nostra scientia et assensu
ac voluntate plenariis nostris ad hoc acceden=

tibus civitatem seu opidum eiusdem nostri militis Spithkonis et suorum legitimorum successorum Sambor vulgariter dictum in terra Russiae situm cum omnibus et singulis villis, praediis, allodiis, molendinis, tabernis, artificiis ad dictum opidum Sambor nunc spectantibus et in antea debentibus pertinere locatisque et locandis nec non universis districtu et incolis seu inhabitatoribus ipsum districtum iam inhabitantibus et in posterum volentibus inhabitare omnibus et singulis aliis spectantiis et appendiis universis eiusdem districtus, prout in suis villis, pertinentiis, granitiis et aliis adiacentiis, quibuscunque nominibus nocian: tur longe lateque et circumferencialiter ab aliis districtibus et haereditatibus adpraesens distinctus est et limitatus, a solutione exactionis nostrae regalis Podimczyszna vulgariter dictae, nec non ab aliis omnibus et singulis exactionibus, contributionibus,

dationibus, laboribus, equitaturis, vecturis, angariis et praeangariis quocunque vocabulo de Jure vel consuetudine censeantur, liberos prorsus et solutos perpetue fecit atque facit, Nos quoque fecimus et facimus virtute praesentium mediante. Quam libertationem et solutionem etiam successoribus legittimis ipsius Spithkonis volumus perpetuis temporibus observari, Man[mus]dantes omnibus et singulis terrae nostrae Russiae capitaneis et exactionum collectoribus pro tempore: quatenus de bonis et villis totius districtus Samboriensis praedicti exactionem Podimczysna iam dictam et aliam quamcunque dacionem nobis alias dari solitas, quocunque vocabulo nominentur non exigatis, neque ad huiusmodi exactionum, dationum, laborum, angariarum et praeangariarum quarumcunque iura et consuetudines aliquem de incolis et inhabitatoribus districtus memorati teneri compellatis. Harum quarum sigilli nostri appensione muniri

fecimus nostrarum testimonio literarum. Actum et datum in Radom, ipso die Circumcisionis Domini nostri Jhesu Christi, Anno eiusdem Millesimo trecentesimo nonagesimo quarto, Praesentibus reverendo in Christo patre domino Petro episcopo Cracoviensi, Johanne de Tharnow palatino Sandomiriensi, Petro Kmitta castellano Lublinensi, Spicimiro succamerario, Drogomiro iudice Cracoviensibus, Cristino de Ostrow castellano Sandomiriensi Magistro curiae nostrae ac aliis multis nostris fidelibus fide dignis.

(Ex Libello Melsztyniorum pag. 159-161.)

Vladislaus Jagiełło rex Poloniae civitatem Sambor cum villis adjacentibus Spitkonis de Melsztyn palatini et capitanei Cracoviensis, ab exactione regali Podymszczyzna dicta, liberat.

Radomiae, Anno 1394, die 1 mensis Januarii.
(Cum transumpto Joannis Szafraniec Custodis et Canonici Cracoviensis exarato Cracoviae A. 1407, d. 7 m. Augusti.)

Johannes Schaffranyecz Custos et Canonicus Cracoviensis, Vicarius in Spiritualibus per reverendum in Christo patrem et dominum dominum Petrum Dei gratia Episcopum Cracoviensem in sua diocesi specialiter deputatus et generaliter, notum facimus quibus expedit universis praesentes nostras transumpti sive exemplationis literas inspecturis: Quod constitutus nuper in nostra praesentia venerabilis vir dominus Johannes de Tharnow Decanus Cracoviensis ecclesiae tenens in suis manibus quaedam duo privilegia serenissimi Principis et domini domini Wladislai Dei gratia Regis

p162-166

Poloniae donationis, liberationis et exemptionis de et super opidis et civitatibus Samboriensi, Melsthin et Zabno ac villis ad eadem pertinentibus, prout inferius plenius in tenore dictorum privilegiorum describuntur, in pergameno scripta, ipsiusque domini Wladislai sigillis perpetuis rotundae figurae de cera communi alba in cordulis sericeis blauei et albi coloris supappensis sigillata de unanimi forma et quantitate et legebantur in haec verba: S. Wladislai dei gratia Regis Poloniae nec non terrarum Cracovie. Sandomirie. Tenor vero unius privilegii maioris de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Wladislaus Dei gratia Rex Poloniae, nec non terrarum Craccoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuyaviae, Litwaniae Princeps supremus, Pomeraniae, Russiaeque dominus et haeres, significamus universis quibus expedit tam praesentibus quam futuris praesentium notitiam habituris: quod quamvis benemeritos, eorum meritis poscentibus, ad exuberantis nostrae benignae liberalitatis beneficiorum gratias largimentum et culmina gratiosis cupimus desideriis sublimare; innata tamen nobis clementia illorum promotionem ad ampliora commodorum et fructuum incrementa ferventioribus exoptat affectibus

et aspiriis, quos iugi fide et perseveranti constantia non solum maiestati nostrae continua obsequiorum studia veneranter exhibuisse, verum etiam ipsorum progenitores in nostrorum praedecessorum sanctae et aeternae recordationis Regum Poloniae inclitorum acceptis servitiis constat operosius pe[illegible]titisse in seniumque processisse ac res personasque ipsorum pro Regum et regni decore et felicibus successibus intrepide exposuisse. Benigne itaque considerantes (etiam?) intuitu attendentes laudabilia virtutum merita, quibus spectabilis et validus miles Spithko de Melsthin palatinus et capitaneus Cracoviensis noster fidelis dilectus apud nostram celsitudinem obsequiosis studiis et operosis laboribus praestantius relucere prae aliis est intentus, sollicitaque veneratione nostram maiestatem hactenus veneratus (est) et (e) veneratur ad praesens et in antea (anea) uti dignum arbitramur aucto fidelitatis fructu non formidat venerari, personamque suam et res pro beneplacito nostro et regni nostri augmentis ~~[illegible]~~ prosperis et statu felici fideli(ter) exponere intrepidus exponere non pavescat, prout etiam progenitores suos in similibus (sitibus) nostrorum praedecessorum Regum

inclitorum Poloniae conspectibus suis, quibus in humanis agebant temporibus probabiliter comperimus reluxiose propter quod magnificentiam nostram suscepti cura regiminis sollicitat et specialiter inducit ut tanto uberiorum gratiae praerogativa ipsum prae caeteris consolemur, qualitatemque meritorum suorum amplio-ri compensemus libramine, quanto magis suarum virtutum claritas et clara meritorum insignia apud nostri solii specula prae aliis increverunt. Horum itaque consideratione, habito super hoc nostrae militiae consilio maturo et deliberatione ultronea, civitatem seu opidum eiusdem militis nostri Spithkonis et suorum legitimorum successorum Sambor vulgariter dictum in terra Russiae situm cum omnibus et singulis villis, praediis, allodiis, molendinis, tabernis, artificiis ad dictum opidum Sambor nunc spectantibus et in antea debentibus pertinere, locatisque et locandis nec non universis districtu et incolis seu

inhabitatoribus ipsum districtum iam inhabi=
tantibus et in posterum inhabitare volentibus,
omnibusque et singulis aliis spectantiis et appen=
diis universis eiusdem districtus, prout in suis
villis, pertinentiis, graniciebus et aliis adiacen=
tiis, quibuscunque nominibus pocіantur, longe
late et circumferentialiter ab aliis districtibus
et haereditatibus ad praesens distinctus est
et limitatus, a solutione exactionis nostrae
regalis Podymczisna vulgariter dictae, ab omni=
bus aliis et singulis exactionibus, contributio=
nibus, dacionibus, laboribus, equitaturis, vectu=
ris, angariis et praeangariis quocunque vocabu=
lo de iure vel consuetudine censeantur, liberos
prorsus et solutos perpetue fecimus atque fa=
cimus virtute praesentium mediante. Quam li=
berationem et solutionem etiam successoribus
ipsius Spithkonis legittimis volumus perpe=
tue observari; Mandantes omnibus et singu=
lis terrae nostrae Russiae Capitaneis et exactio=
num collectoribus pro tempore, quatenus de bonis

et villis totius districtus Samboriensis praedictam exactionem Podimczisna iam dictam et aliam quamcunque dationem vel alias dari solitas, quocunque vocabulo nominentur, non exigatis, neque ad huiusmodi exactionum, dationum, laborum, angariarum et praeangariarum quarumcunque iura et consuetudines aliquem de incolis et inhabitatoribus districtus memorati tenere compellatis. Harum nostrarum nostri quas appensione sigilli muniri fecimus testimonio literarum. Actum in Radom, ipso die Circumcisionis Domini Anno eiusdem Millesimo trecentesimo nonagesimo quarto, Praesentibus reverendo in Christo patre domino Petro episcopo Cracoviensi, Johanne de Tharnow palatino Sandomiriensi, Petro Kmittha castellano Lublinensi, Spicimiro succamerario, Drogomiro iudice Cracoviensibus et Hinczka de Przemąkow vicethezaurario et aliis militibus nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus venerabilis Zaclicze cancellarii aulae nostrae fidelis dilecti.

Alterius vero privilegii maioris super Melsthin

Zabno, Xanz et Brzeg omissum est causa brevitatis, quia etiam non servit pro istis bonis, similiter subscriptiones notariorum publicorum qui haec privilegia transsumerunt etiam amore brevitatis.

Post quorum quidem privilegiorum exhibitionem, praesentationem, receptionem et lectionem praefatus dominus Johannes de Tharnow Decanus Cracoviensis nos cum debita instantia petivit, quatenus huiusmodi privilegia de verbo ad verbum transscribi et exemplari cum nostri interpositione decreti, per aliquem aut aliquos de nostris Scribis sub manu publica et nostri soliti appensione sigilli ut eidem transsumpta in iudiciis et extra tanquam ipsis originalibus literis fides plenaria adhiberi valeat, committere et decernere auctoritate ordinaria, qua in hac parte fungimur nobis concessa dignaremur. Nos itaque Johannes Schaffranyeiz Custos et Canonicus Cracoviensis, Vicariusque in Spiritualibus memoratus, iustis et rationabilibus dicti domini Johannis Decani petitionibus annuentes, cum iusta petentibus assensus non debeat denegari, praefata domini Wladislai Regis Poloniae donationis, libertatis, exemptionis et confirmationis privilegia castrorum, oppidorum et villarum ac aliarum

possessionum perpetue concessa exinde per Johan=
nem et Mathiam nostrosque et facti huiusmodi
coram nobis tunc scribas infrascriptos ad cautelam
futurorum de verbo ad verbum transscribi, transsu=
mi et exemplari mandavimus Et ut eidem trans=
sumpto nostro tanquam ipsis originalibus privile=
giis et privilegiorum literis in iudiciis et extra iu=
dicia fides plenaria ab omnibus et singulis quo=
rum interesse videbitur, debeat et valeat adhiberi
pro tribunali sedentes ad huiusmodi transsumpti
nostrum vicordinarium consensum apposuimus
et in his scriptis apponimus pariter et decretum.
In cuius rei testimonium et evidentiam clario=
rem nostrum solitum sigillum praesentibus est
appensum. Actum et datum Cracoviae, Anno Domini
Millesimo Quadringentesimo septimo Indictionis
15 (xv) mensis Augusti vij hora Vesperorum,
Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini
nostri domini Gregorii divina providentia Papae xij.
anno primo, Praesentibus ibidem honorabilibus, dis=
cretis et nobilibus viris Mathia Pauli de Tarnow
presbytero, Petro Imramij de Chrzastowicze clerico dioce=
sis Cracoviensis, Pelka Gorka Swyathoslai de Gorra et Paulo
Phalislai de Slupow armigeris de Regno Poloniae laicis dio=
cesis Cracoviensis et aliis ibidem tunc pluribus fidedignis
testibus ad praemissa vocatis specialiter et rogatis.

(Ex Libello Melsztyniorum pag. 162–166)

Mathias episcopus praemisliensis ecclesiae parochiali in Rudolowice decimas villarum Rudolowice et Tuliglowy assignat.

Premislisliae anno 1394 die 28 mensis Aprilis

Nakielski Miechovia pag 345

19 wiersz

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam Mathias Divina et Apostolicae sedis

Joannes de Tarnow palatinus sandomiriensis ecclesiae atque monasterio ordinis canonicorum sepulchri hierosolymitani in Przeworsk dotem assignat.

In Przeworsk anno 1394 die 6 mensis Julii.

In nomine Domini Amen. Nos Joannes de Tharnow, Palatinus

Nakielski Miechov p. 340.

44 wsi (?)

Mathias episcopus premisliensis
ecclesiae monasterii przeworscensis
decimas oppidi Przeworsk et villae
Studzina ~~[illegible]~~ assignat.

In Przeworsko anno 1394 die 6 mensis Julii.

Ad perpetuam memoriam: Mathias Dei et Apostolicae sedis providentia

Nakielski
Miechov.
p. 341

26 wierszy

Wladislaus (Jagiełło) Rex Poloniae cum uxore sua Hedvigi Regina inscriptionem dotalitii per Spitkonem de Melstin palatinum Cracoviensem consorti suae Elisabeth super bonis Żabno et Sambor factam, approbat.

In Antiqua villa, Anno 1394 die 18 mensis Julii.

Wladislaus Dei gratia Rex Poloniae, Lithwaniaeque Princeps supremus et haeres Russiae etc. Hedwigis eadem gratia Regina eiusdem Poloniae et haeres Hungariae regnorum etc. significamus universis quibus expedit praesentium notitiam habituris: quod ad nostras nostrorumque Baronum praesentias veniens personaliter validus Spithko de Melsthin Palatinus Cracoviensis et dominus Terrae Podoliae noster fidelis dilectus sanus mente et corpore, non compulsus, non coactus, nec aliquo errore seductus, matura animi sui deliberatione

1394. 18 Jul.

praehabita ultroneeque suorum fretus consilio amicorum sponte et libere Mille marcas grossorum pragensium latorum, numeri vero polonicalis quadraginta octo grossos in marcam quamlibet computando, in et super opido suo Szabno in terra nostra Cracoviensi sito et villis ac pertinentiis eius, et districtu suo Sambor ac villis et pertinentiis ipsius generosae Elizabeth conthorali suae, nostrae fideli dilectae ratione veri et iusti dotalitii dicti vulgariter Wyano rite contulit et rationabiliter assignavit conditione tali: quod si eundem Spithkonem palatinum, Deo permittente ab hac luce migrare contingat, dicta Elizabeth conthorale sua superstite remanente, extunc ipsa Elizabeth oppidum Zabno et districtum Sambor praedicta cum eorundem opidi et districtus villis possessionibus, censibus, redditibus, utilitatibus, usufructibus, iuribus et pertinentiis universis ad eadem opidum Zabno et districtum Sambor quomodo=

libet spectantibus, prout ipse Spithko palatinus ea modo tenet, integre tenebit, possidebit pacifice et utifruetur tamdiu videlicet, quamdiu in thoro permanserit viduali. Si autem eandem Elizabeth ad secundas nuptias convolare contigerit, tunc eiusdem Spithkonis palatini propinquiores de genere per masculinam aut femininam lineam descendentes, solutis Mille marcis grossorum et numeri praedictorum suprascriptis Elizabeth memoratae, opidum Zabno et districtum Sambor praedicta cum villis et pertinentiis omnibus antedictis integre rehabebunt. Harum quibus sigilla nostra de certis nostris scientiis et consensibus appensa sunt testimonio litterarum. Actum in Antiqua Villa, Sabbato proximo post diem Sanctae Margarethae Virginis, tempore conventionis cum serenissimo principe domino Sigismundo Rege Hungariae praedicto (praesentibus) reverendo in

Christo patre domino Petro episcopo Cracoviensi ac validis Johanne de Tharnow Sandomiriensi, Johanne Lygasza Lanciciensi palatinis, Johanne de Thanczin Woyniciensi, Petro Kmitha Lublinensi castellanis et aliis quam pluribus nostris fidelibus testimonio et fide dignis. Datum per manus reverendi in Christo patris domini Nicolai episcopi Poznaniensis nostri sincere dilecti.

(Ex Libello Melsztyniorum pag. 167–169)

p. 167–169

Wladislaus (Jagiełło) Rex Poloniae Swes=koni Heroldo facultatem eximendi vil=lam Iskrzynia, confert.

Cracoviae, Anno 1395, die 9 mensis Junii.

Wladislaus Dei gratia Rex Poloniae, Lithuaniae=que Princeps supremus et haeres Russiae etc. Sig=nificamus quibus expedit universis: Quomodo attentis fidelibus servitiis Suesconis Heroldi, quibus idem nostrae maiestati regiae placere me=ruit et in futurum aucto fidelitatis studio pote=rit uberius complacere: quorum intuitu volentes eundem Suesconem specialium gratiarum prose=qui favoribus, sibi villam nostram Iskrzina Wola dictam, in terra nostra Sanocensi situatam, cum omnibus suis et singulis obventionibus, per=tinentiis et appendiis ad ipsam quomodolibet spectantibus, quocunque vocabulo vocientur, quam Johanni Wathay de Kadzanow in octuaginta

marcis Polonicalibus numeri consueti numeri cur=
rentis tenere dederamus, liberare et in eisdem octua=
ginta marcis numeri et monetae praedictorum re=
dimere indulsimus de nostrae celsitudinis gra=
tia speciali. Cui quidem Suesconi, suisque haere=
dibus et legittimis successoribus damus et con=
cedimus plenam et omnimodam potestatem villam
praedictam cum ipsius universis spectantiis,
tenendam, habendam, utifruendam et possiden=
dam pacifice et quiete tamdiu, quousque praefato
Suesconi, suis haeredibus et legittimis succes=
soribus supradictae octuaginta marcae numeri
et monetae praedictorum per nos aut nostros suc=
cessores fuerint integraliter persolutae. Praesenti=
um sub nostrae celsitudinis sigillo testimonio
literarum. Datum Cracoviae, feria quarta infra
Octavas festi sanctae et individuae Trinitatis,
Anno Domini Millesimo Trecentesimo nonagesi=
mo quinto.

(Oryginał z pieczęcią woskową na zawiasce pergamino=
wej, był r. 1785 w Archiwum Koronnem. – Kopia w
Tekach Naruszewicza (Tom IX, Nr. 170))

Spytko (de Melsztyn) palatinus cracoviensis consules civitatis Wieliczka a citatione Bernardi coqui ducis Skirgielonis liberos facit cum insinuatione articuli ex privilegio regis Casimiri magni.

Cracoviae, anno 1395 die 17 mensis Junii.

Nos Spytko palatinus et capitaneus cracoviensis notum facimus universis quibus expedit praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris: quod cum circumspecti viri consules et jurati civitatis de Wieliczka nostri ad praesentiam per quendam Bernardum coquum illustris principis ducis Scargalonis citati fuissent saepiusque quam plurimorum hominum per citationum genera fatigati: tandem memorati consules et jurati jure privilegiali ipsis cum tota communitate civitatis jam dictae per serenissimum principem dominum Kazimirum praeclarae memoriae rege Poloniae concesso plenarie gaudere fruique cupientes, hujusmodi privilegium memorati domini Kazimiri, ejus vero sigillo majori sigillatum clausulam hanc continens, quae sequitur in haec ~~verba~~ verba:

„Ceterum volumus in praesentibus statuentes,
„ut ipse Nicolaus haeredes sui et universi cives
„de Wyeliczka de se quaerulantibus coram nullo
„palatinorum castellanorum et quorumcunque
„nostrorum judicum teneantur respondere neque
„coram eisdem comparere. Verum tamen Nicolaus
„supradictus advocatus et haeredes sui citati per
„litteram nostram nostro secreto sigillo consigna=
„tam, coram nobis tenebuntur stare ac compare=
„re quaerulantibus de se non alio jure quam
„theutonico scilicet noviforensi quo civitas ea=
„dem est locata ad objecta responsuri. Volumus
„etiam in praesentibus statuentes, ut in omni=
„bus et singulis causis capitalibus, criminali=
„bus membrorum mutilationibus et universa=
„liter magnis sive parvis cives praescriptae
„civitatis nullus debeat judicare, nisi tantum=
„modo Nicolaus Wirzyng advocatus ejusdem
„civitatis et ipsius legittimi successores. Nec
„volumus imo inhibemus, ne aliquis se trahat
„ad curiam seu tribunal nostrum extra ju=
„dicium jam dictae civitatis, nisi tunc ipsi
„scabini et ipsorum sententia de injustitia
„durante judicio arguantur,"

obtulerunt, postulantes se jure gaudere ejusmodi debere, ac relinqui circa jus ipsis, ut praemitti=tur concessum et privilegiali serie roboratum. Unde nos accepto ipsis concesso privilegio prae=tacto, masticatis punctis, articulis in eodem des=criptis, ubique matura deliberatione animi praeha=

bita salubri consilio attendentes quod justa petentibus assensus denegari non debeat, mandatis et inhibitionibus ac statutis in praenarrato privilegio contentis subjacere volentes, litteras hujusmodi privilegiales et jus plenum in eisdem contentum in omnibus suis punctis clausulis et articulis observantes memoratos consules et juratos nec non communitatem universam civitatis Wieliciensis jam dictae jure pleno ipsis ut praemittitur concesso admisimus frui et gaudere decernentes nostra diffinitiva sententia: quod quilibet unicuique civium civitatis supradictae causam movens seu movere intendens juris ordine noviforensis quo gaudere soliti sunt in civitate praedicta experiri, secundum clausulam privilegialem superius praesentibus inclusam teneatur. Harum quibus sigillum nostrum majus de nostra certa scientia est appensum testimonio litterarum. Actum Cracoviae feria quinta ante festum sancti Johannis Baptistae, Anno domini Millesimo trecentesimo nonagesimo quinto; Praesentibus nobilibus providisque viris dominis Borcone de Tsszczeniecz, Nicolao notario generalis terrae cracoviensis, Nabrogio de Lancavia tribuno cracoviensi, Andrea advocato supremi juris provincialis theutonici castri cracoviensis, Nicolao Flenczar de Cracovia et Nicolao de Cazimiria civibus juratisque juris provincialis praetacti, et aliis quam pluribus fide dignis.

(Ex manuscripto codice Privilegiorum civitatis Wieliczka per Florianum Lovicensem notarium a. 1552 exarato, pag. 63–68.)

50

Hedvigis regina Poloniae hospitali pauperum in Biecz aream donat.

Cracoviae, anno 1395 die 25 mensis Julii.

Hedvigis dei gratia Regina Polonie etc. Significamus tenore praesencium quibus expedit universis praesentibus et futuris praesencium noticiam habituris: Quia constituti coram nobis fideles nostri dilecti consules Byecenses et quidem Nicolaus Cyncerlink dictus concivis eorum declarantes humiliter Quod spiritus sancti gratia inducti velint et intendunt hospitale pro pauperibus et infirmis ac alijs personis miserabilibus colligendis in Civitate nostra Byecensi construere ipsum congruis beneficijs et donacionibus dotare quantum possent ad honorem dei omnipotentis pro utilitate infirmorum supplicantes ut ad illud consensum praeberemus et eorum devocionibus esse participes dignaremur. Nos vero commoda pauperum et devota proposita subditorum prout ex debito tenemur ampliare cupientes praedictorum consulum devocionemque et Nicolai Cyncerlink multipliciter commendantes aream nostram in qua alias Regalis curia erat circa valvam inferiorem praedictae civitatis prout longe lateque ab alijs est dis=

tincta pro ereccione huiusmodi hospitalis et medietatem Bal=
nei ibidem Byecz cum ipsius censibus pro utilitate infir=
morum donavimus et donamus per praesentes duos eciam
laneos seu mansos quos ipsi consules emere pro eodem hospi=
tali prope civitatem coram nobis promiserunt et allodium
in Lubussza cum tribus piscinis per praefatum Nicolaum
Cyncerlink eidem hospitali devote assignatum ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ a solucione censuum exaccionum et contribucionum
camerae nostrae et nostrorum successorum debendorum tempori=
bus perpetuis liberamus volentes quod consules ibidem praes=
byterum per Episcopum instituendum in praedicto hospitali
quando opportunum fuerit praesentent. Harum quibus Sigil=
lum nostrum praesentibus est appensum testimonio literarum
datum Cracoviae ipso die Sancti Jacobi Apostoli Sub Anno
domini millesimo Trecentesimo Nonagesimo quinto.

pieczęć papierowa czterokątna królewska niewyraźna, przelepiona na wosku czer-wonym na przywileju pergamino-wym.

Dodatek tygodniowy do Gazety Lwow[skiej] Nro 23 d. 7 Czerwca 1851.

Vladislaus (Jagiełło) rex Poloniae Nicolao Bochner monetario cracoviensi quatuor salicidas in salisfodinis vieliccensibus donat.

Sandomiriae anno 1396, die 9 mensis Aprilis.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter humanae naturae commoda nihil dignius memoria habeatur: conditionis humanae fragilitas remedium sibi quaesivit artificio in quo fabricae naturalis vigor summi defecit opificis voluntate. Ne igitur ea quae aguntur in tempore simul cum lapsu temporis ab humano recordio deleantur: dignum est, ut testium patrocinio et literarum ministerio perennentur. Proinde nos Wladislaus Dei gratia rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae, Lithwaniae princeps supremus Pomeraniae Russiaeque dominus et haeres etc. Significamus universis quibus expedit tam praesentibus quam futuris praesentium notitiam habituris: Quod quanquam ad universorum nostrorum fidelium subditorum utilitates et commoda operanda ex crediti nobis a Deo cura regiminis distrahamur; innata tamen benignitati nostrae clementia illorum promotionem singularibus exoptat

aspiriis, qui non solum nostram celsitudinem perseveranti constantia obsequuntur, verum etiam ex creditis per nos eis officiis uberes fructus operantur fideliter et nostrae afferunt magestati. Considerantes itaque multiplicia obsequiorum studia et augmenta fructuum, quae magnificentiae nostrae prudens vir Nicolaus Bochner magister monetae et theloneator cracoviensis ac zupparius plumbifodinarum ilkusiensis et chancinensis noster fidelis dilectus circa hujusmodi sua officia exhibuit veneranter et impendit et inantea uti dignum arbitramur et cogruum aucto fidelitatis studio ad nostra obsequia promptiorem se reddere non pavescit: horum intuitu volentes eundem Nicolaum nostrarum munificentiarum largitione specialiter consolari, quatuor operarios famulos seu salicidas dictos vulgariter otroki in zuppa salis nostrae in Wieliczka cum omnibus utilitatibus et proventibus de laboribus eorum provenientibus prout ipsos hactenus tenuimus et possedimus eidem Nicolao Bochner suis liberis haeredibus et succedaneis legittimis donatione perpetua et irrevocabili donavimus, dedimus, contulimus et assignavimus et tenore praesentium donamus, damus, conferimus et assignamus temporibus perpetuis duraturis per memoratum Nicolaum Bochner suos liberos, haeredes et legitimos successores perpetuis temporibus habendos, tenendos, possidendos, vendendos, donandos, commutandos, obligandos, alie=

nandos et pro ipsius Nicolai Bochner suorum liberorum haeredum et legitimorum successorum beneplacito quomodolibet convertendos prout sibi et eisdem melius et utilius videbitur expedire. Hoc etiam adjecto, quod dum et quotiescunque sal in parietibus seu locis, in quibus dicti quatuor famuli seu operarii aut alter eorum ad laborandum ponerentur, deficeret, extunc volumus ut subcamerarius noster Cracoviensis et magister montium salis Wieliciensis cum scientia zupparorum qui pro tempore fuerint in locis aliis ad excidendum valentibus ponere debeant et locare. Harum nostrarum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum Sandomiriae in octava Paschae Anno Domini Millesimo trecentesimo nonagesimo sexto. Praesentibus Johanne de Tarnow palatino sandomiriensi, Spytcone de Melsztyn palatino cracoviensi et domino terrae Podoliae, Cristino sandomiriensi, Johanne wisliciensi castellanis, Alberto de Wamborkow judice et Prandota subjudice sandomiriensibus ac aliis multis nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus strenui Clementis de Moskorzow aulae nostrae vicecancellarii fidelis dilecti.

Transsumpt Kloster St. Augustin w Krakow.

Mathias episcopus premisliensis confirmat donationem decimarum manipularium ex villis Rudotowice, Więckowice, Bystrowice, Tuligtowy et Węgierka per Nicolaum Mzurowski ecclesiae parochiali in Rudotowice factam.

~~[illegible] 1396~~ Anno 1396.

Nobis Mathiae Dei gratia episcopo Praemisliensi

Nakielski
Miechovia
pag. 346

21 wierszy

Judicium terrestre cracoviense recognoscit Imramum et Johannem de Czulice villam Marcinkowice Wladislao (Jagelloni) regi Poloniae vendidisse.

Cracoviae, anno ~~[illegible]~~ 1398 die 4 mensis Junii.

Nos Michael judex et Dobeslaus subjudex terrae cracoviensis generales, notum facimus quibus expedit universis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris: quod cum pro tribunali sedebamus, accedentes ad nostram nostrorumque assessorum praesentiam nobiles viri Imramus junior, Johannes fratres, Catherina et Anka sorores germani haeredes de Czulycze, sani mente pariter et corpore existentes, non compulsi nec coacti, nec aliquibus dolo vel fraude circumducti, sed bona animorum suorum deliberatione praehabita fretique maturo ipsorum consilio amicorum, omnimodam eorum villam dictam Marczynkowycze in terra cracoviensi prope Wyelyczkam situatam, ipsos ex successione paterna et quomodolibet concernentem, cum ipsius villae

omnibus jure, dominio, utilitatibus, fructibus red=
ditibus, proventibus incolis, censibus domibus
tabernis, molendinis, areis, aedificiis, hortis, agris,
campis, pratis, pascuis, lacubus, piscinis, aquis,
fluminibus, stagnis, paludibus, silvis, borris, mel=
lificiis, gajis, rubetis, quercetis, mericis, pinetis
et universis pertinentiis, ac quibuslibet emolu=
mentis quae ibidem sunt et in posterum fieri pos=
sunt, nihil pro ipsis et successoribus eorum ju=
ris, dominii, seu utilitatis ibidem reservando pro
quingentis marcis grossorum pragensium numeri
polonicalis consveti, serenissimo principi domino
nostro Wladislao regi Poloniae etc. ad civitatem
Wyelitiensem et eidem civitati rite et rationabi=
liter in totum vendiderunt et titulo venditionis
coram nobis in perpetuum judicialiter resignave=
runt: promittentes ipsum dominum regem et cives
dictae civitatis occasione dictae villae ab omni
impedimento atque damno ubilibet relevare, per
eundem dominum regem et cives wyelicienses
et successores ipsorum praedictam villam cum
juribus praedictis jure haereditario et perpetuali=
ter tenendum, habendum, utifruendum, possiden=
dum, commutandum, vendendum et in usus ipso=
rum beneplacitos convertendum. Helena vero ma=
ter dictorum vendentium in hujusmodi venditionem
villae consentiens omni juri dotis et dotalitii suo

se quod in dicta villa habuit in perpetuum renuntiavit. In cujus rei testimonium praesentes nostras litteras scribi et nostrorum appensione sigillorum fecimus communiri. Actum et datum Cracoviae feria tertia proxima postridie Sanctae Trinitatis, Anno domini Millesimo trecentesimo nonagesimo octavo, Praesentibus nobilibus viris dominis Clemente de Moskorzow vicecancellario regni Poloniae, Clemente castellano zarnoviensi, Clemente de Lapanow, Prandota de Neprzesna, Prandota de Przelank, et Borcone de Tczenecz haeredibus pluribusque aliis testibus fide dignis.

(Ex manuscripto codice Privilegiorum civitatis Wieliczka per Florianum Lovicensem notarium a. 1552 exarato, pag. 191–194.)

Wladislaus (Jagiełło) rex Poloniae villam Marcinkowice civitati Wieliczka donat et adjungit.

Cracoviae, anno 1398 die 17 mensis Augusti.

In nomine domini Amen. Wladislaus dei gratia rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lancitiae, Cujaviae, Lytwaniae princeps supremus Pomeraniae Russiaeque dominus et haeres etc. Ad perpetuam rei memoriam. Significamus tam praesentibus quam futuris quibus expedit universis praesentium notitiam habituris: quod ob complacentias et grata servitiorum merita fidelium nostrorum civium incolarumque civitatis nostrae Wyelitiensis, quibus ijdem majestati nostrae prompta sollicitudine plurimum complacere meruerunt et adhuc continuato fidelitatis studio nostris suffulti munificentiis ad nostra se beneplacita poterint continuo reddere promptiores, quorum intuitu cupientes eosdem cives specialium gratiarum

prosequi favoribus, volentesque dictae civitatis nos=
trae Wyelitiensis conditionem et ampliationem ex
eo fieri meliorem, ut temporibus felicis nostri regi=
minis felicia recipiat incrementa, supradictae ci=
vitati nostrae Wielitiensi villam nostram Mar=
czynkowicze prope eandem civitatem Wielicen=
sem sitam, quam nuper ab Imramo de Czulyicze
emimus, cum omnibus ejusdem villae utilitatibus,
proventibus redditibus, fructibus, agris, pratis,
campis, pascuis, silvis, nemoribus, mericis, gajis,
quercetis, virgultis, rubetis, venationibus, aucu=
pationibus, aquis ac earum decursibus, piscinis,
piscaturis, molendinis, emolumentis, stagnis, pa=
ludibus, vallibus et montibus ac quibusvis aliis
obventionibus pertinentiis et appendiis ac juri=
bus et proprietatibus et dominiis universis ad
ipsam villam Marczynkowycze quomodolibet
spectantibus, quibuscumque nominibus apellen=
tur, nihil penitus excludendo prout eandem vil=
lam praedictus Imramus tenuit habuit hac=
tenus et possedit, prout ectiam memorata villa
in suis metis, granitijs et gadibus ab antiquo
longe lateque circumferentialiter est distincta,
et ectiam limitata, adicimus, adjungimus, ap=
propriamus, ascribimus, incorporamus, damus,
conferimus et donamus donatione perpetua et ir=
revocabili perpetuis temporibus, removentesque in

eadem villa omnes modos et consvetudines univer=
sas libertatibus ipsius civitatis Wielicensis obvian=
tibus ipsamque villam ad proprietatem et ydempti=
tatem jurium civitatis praedictae adunamus per
cives et incolas universos saepedictae civitatis Wie=
liciensis tenendam, habendam, utifruendam et pa=
cifice perpetuo possidendam: ita tamen quod ipsi
cives Wielicienses in eadem villa Marczinkowicze
agros, mansos seu laneos mensura magdeburgensi
dimetiri debent, ipsaque villa Marczynkowycze
eodem jure gaudere debet et ei subjacere quo civi=
tas Wyeliciensis praedicta modo gaudet et potitur.
Ceterum decernimus quod memorati cives nostri
Wielitienses de quolibet manso seu laneo agrorum
dictae villae Marczynkowicze per unam marcam
pro censu in quolibet festo sancti Martini con=
fessoris omnibus et singulis annis nobis et suc=
cessoribus nostris solvere perpetuis temporibus te=
nebuntur. Ratione vero translationis villae Mar=
czynkowycze praelibatae praetactis civibus wie=
liciensibus ab omnibus censibus, quos nobis in
festo beati Martini de laneis et agris dictae
villae Marczynkowycze de anno praesenti sol=
vere deberent ad spatium duntaxat unius anni
integri, videlicet a festo beati Martini confesso=
ris proxime nunc venturo usque ad aliud festum
ejusdem beati Martini anni futuri plenam damus

et concedimus facultatem. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum Cracoviae Sabbato proximo post diem Assumptionis beatae Mariae virginis gloriosae, Anno domini Millesimo trecentesimo nonagesimo octavo, Praesentibus hijs Johanne de Thanczyn castellano cracoviensi, Johanne de Tharnow sandomiriensi, Sandzywogio kalissiensi, Johanne Lyganza lanciciensi palatinis, Cristino de Ostrow sandomiriensi, et Petro Kmyte lyublinensi castellanis, aliisque multis nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus reverendi in Christo patris domini Nicolai episcopi poznaniensis nobis sincere dilecti.

(Ex manuscripto codice Privilegiorum civitatis Wieliczka per Felicem Lovicensem notarium a. 1552 exarato, pag. 14-17)

Benko (de Żabokruki) Capitaneus haliciensis et sniatynensis testatur Gervasium uxori suae Barbarae 100 marcas dotis super villis suis Tłumacz et Żurkow inscripsisse.

In Kołomyja, Anno 1398, die 6 mensis Octobris.

A se ja pan Benko starosta hałyckij i sniatyńskij swjedczju to swoim łystom każdomu dobromu kto na seś łyst uzryt ili pered kym budet cztjun, iże pryszed pered nas pan Herwas i wjenował i oprawył swooi żenje Warwarje sto hrywen na swojem selje na Tołmaczy i Żjurkowje na swojej wotczynje. a nato dały jesmy swoj łyst i naszju peczat' prywjesiłya pry tom były swjedcy pan Mikołaj Spytcznik wojewoda snatyńskij, pan Hljerko, pan Andrijasz, pan Borys Chomjekowicz, pan Chrol Warwaryńskij, Woronko wojt Kołomyjskyj ruskij. A pysan łyst u Kołomyi u tyżdeń po swiatom Michailje Koły sia pyszet pod ljety rożdestwa Chrystowa 1000 ljet i 300 ljet i dewjanosto ljet i osmoje ljet. ~

(Faxymile liter. cyryl.)

Vladislaus (Jagiello) rex Poloniae Nicolao Bochner civi cracoviensi facultatem aperiendi novi montis cum jure montano in salisfodinis bochnensibus confert.

In Korczyn, anno 1399, die 21 mensis Junii.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum regiam decet prudentiam regitivam non solum regno dominis et utilitatibus eorum mansvete prodesse, verum etiam per providentiam regiam sic prodesse ut et regiis sit abundantia in thesauris et subministri aurigeri in partem regalis solicitudinis convocati tanto uberius sint utilitatum participes, qui fidelius et prosperius sarcinarum partzcipium portaverint et laboraverint: proinde nos Wladislaus Dei gratia rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae, Lithuaniae princeps supremus Pomeraniae Russiaeque dominus et haeres etc. Volentes utilitates nostras in zuppa nostra Bochnensi feliciter adaugere, novum montem seu salisfodinam inibi in Bochnia per prudentem virum Nicolaum Bochner civem cracoviensem et zupparium utriusque Vieliciensis et Bochnensis salis nostri fidelem nostrum

dilectum in loco quem idem Nicolaus Bochner ad hoc elegerit de nostrorum baronum consilio decrevimus et decernimus cum pecuniis et impensis ipsius Nicolai Bochner faciendum, effodiendum et erigendum juxta quod idem Nicolao Bochner fidelius et melius videbitur expedire. Et ut idem Nicolaus Bochner eo diligentius et fidelius labores dicti novi montis perficere et utilitates regias possit inibi instaurare, eundem Nicolaum Bochner in rectorem novi montis seu salisfodinae praedictorum et jurium eorundem dictorum vulgariter Bargracht primarium et deinde suos liberos, haeredes et successores legitimos facimus et constituimus perpetuis temporibus duraturis juxta morem et consvetudinem aliorum montium inibi antiquorum seu salisfodinarum zuppae nostrae Bochnensis: ita quod ipse Nicolaus Bochner hujusmodi novum montem seu salisfodinam mox post diem festi Assumptionis Sanctae Mariae Virginis nunc venturum ac demum in annos continuo subsequentes, quanto tamen celerius et operosius id ipsum fieri poterit, debet effodere, erigere, perficere et omnimode confirmare. Et cum auxiliante Domino dictus novus mons seu salisfodina perfectus et primum ad sal in eodem loco proveniens extiterit, ex tunc idem Nicolaus Bochner incipiendo a parte superiori ad singulas plagas circumquoque et in profundum ad longitudinem unius quadrincubiti qui dicitur vulgariter Lachtr de primo hujusmodi sale semel in dicto novo monte seu salisfodina excidere et pro sua poterit convertere placita. Volumus praeterea consideratis et attentis multiplicibus

obsequiis et complacentiis quae dictus Nicolaus Boch=
ner nobis exhibuit et exhibere se offert in antea para=
tiorem eidem Nicolao Bochner suisque liberis haeredi=
bus et successoribus legitthimis quatuor ~~[illegible]~~ famulos
seu salicidas dictos vulgariter Ottroki in praedicto no=
vo monte seu salisfodina locandi, utilitates et obventio=
nes quaslibet de laboribus eorundem percipiendi et uti=
fruendi perpetuo damus et irrevocabiliter attribuimus
plenam et omnimodam facultatem secundum hujusmo=
di consvetudinem aliorum montium seu salisfodinarum
antiquarum. Cum autem in ipso monte seu salisfodina
sal prout in caeteris montibus excidi inceperit: ipse
Nicolaus Bochner tanquam curator dicti novi montis
seu salisfodinae et sui liberi haeredes et successores
legitthimi singulis sabbatis diebus nomine rectoratus
et juris ipsius novi montis dicti Bergrätht unam
sexagenam grossorum pragensium latorum valentem
sexaginta grossos latos in ipsam sexagenam com=
putando de ejusdem novi montis seu salisfodinae ob=
ventionibus perpetuis etiam temporibus habebunt, re=
cipient et levabunt pro suis beneplacitis utilitatibus
convertendam. Quosquidem rectoratum et famulos qua=
tuor seu salicidas et sexagenam pecuniae et numeri
praedicti ratione juris dicti Bargracht ipsius novi
montis memoratus Nicolaus Bochner, sui liberi,
haeredes et successores legitthimi poterunt habere,
uti, frui, vendere, commutare, obligare, donare, aliena=
re continere et perpetuo possidere ac in usus suos vo=
luntarios et beneplacitos disponere prout sibi et eis=
dem melius, utilius et expeditius videbitur pro suo
et eorundem beneplacito voluntatis. Harum quibus sigillum

nostrum appensum est testimonio literarum. Actum in Nova Civitate Korczyn Sabbato proximo ante festum Nativitatis Beati Joannis Baptistae, Anno Domini Millesimo trecentesimo nonagesimo nono; Praesentibus reverendis in Christo patribus Nicolao episcopo vladislaviensi, Joanne Ligenza palatino lanciciensi, Gnievossio succamerario cracoviensi, Imramo castellano Zavichostensi, Peregrino de Wangleschyn subcamerario sandomiriensi, et Hinczca de Rogow vicethesaurario et aliis quam plurimis nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus praefati domini Nicolai episcopi vladislaviensis ~~ante~~ aulae nostrae protonotarii nobis sincere dilecti.

aulae nostrae

(Ex codice manuscripto: Jura et privilegia universitatis cracoviensis in copia ab a. 1394–1713. Nr. Invent. Archivi univ. Crac. 44. fol. 35)

Lek. II Gornicki p. 132 (tres)

Vladislaus (Jagiełło) rex Poloniae Nicolao Bochner facultatem aperiendae novae salisfodinae in Bochnia concedit.

In Korczyn, anno 1399 die 23 mensis Junii.

In nomine Domini. Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum regum deceat peritiam regitivam non solum regno, dominiis et utilitatibus eorum mansvete praeesse, verum etiam per providentiam regiam sic prodesse ut et regiis sit habundantia in thesauris et subministri carigeri in partem regalis solicitudinis convocati tanto uberius sint utilitatum participes, quo fidelius et prosperius sarcinarum participium portaverint et laborum. Proinde nos Wladislaus Dei gratia rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae

Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Lithua=
niae, Prussiae supremus Pomeraniae Russiaeque
dominus et haeres etc. volentes utilitates nos=
tras in suppa nostra Bochnensi feliciter adau=
gere, novum montem seu salisfodinam inibi
in Bochna per prudentem virum Nicolaum
Bochner civem cracoviensem et Supparium
utriusque Vielicensis et Bochnensis salis nostri
fidelem nostrum dilectum in loco quem idem
Nicolaus Bochner ad hoc elegerit de nostrorum
baronum consilio decrevimus et decernimus
cum pecuniis et impensis ipsius Nicolai Boch=
ner faciendum, effodiendum et erigendum, jux=
ta quod eidem Nicolao Bochner fidelius et me=
lius videbitur expedire. Et ut idem Nicolaus Boch=
ner eo diligentius et fidelius labores dicti no=
vi montis perficere et utilitates regias pos=
sit inibi instaurare, eundem Nicolaum Boch=
ner in priorem novi montis seu salisfodinae
praedictorum et initium eorundem dictorum
vulgariter Bargracht primum et deinde suos
liberos, haeredes et successores legitimos faci=
mus et constituimus perpetuis temporibus du=

raturis juxta modum et consvetudinem alio=
rum montium inibi antiquorum seu salisfodi=
narum Suppae nostrae Bochnensis, ita quod
ipse Nicolaus Bochner hujusmodi novum mon=
tem seu salisfodinam mox post diem festi
Assumptionis Sanctae Mariae Virginis nunc
venturi, ac demum in annos continuo subse=
quentes quanto tamen celerius et operosius
id ipsum fieri poterit debet effodere, erigere,
perficere ac omnimode confirmare. Et cum auxi=
liante Domino dictus novus mons seu salis=
fodina perfectus fuerit et primum ad sal in
eodem perventum extiterit, extunc idem Nicolaus
Bochner incipiendo a parte superiori ad sin=
gulas plagas circaquamqunque et in profun=
dum ad longitudinem unius quadricubiti, qui
dicitur vulgariter Lachtr, de primo hujusmo=
di sale sale semel in dicto novo monte seu sa=
lisfodina excidere et pro sua poterit converte=
re placita voluntate. Praeterea consideratis et
attentis multiplicibus obsequiis et complacentiis,
quae dictus Nicolaus Bochner nobis exhibuit et
exhibere se offert in antea paratiorem, eidem

Nicolao Bochner suisque liberis haeredibus et successoribus legitimis quatuor famulos seu salicidas dictos vulgariter Ottroki in praedicto novo monte seu salisfodina locandi, utilitates et obventiones quaslibet de laboribus eorum percipiendi et utifruendi perpetuo damus et irrevocabiliter attribuimus plenam et omnimodam facultatem secundum hujusmodi consvetudinem aliorum montium seu salisfodinarum antiquarum. Cum autem in ipso monte seu salisfodina sal prout in caeteris montibus eradi inceperit, ipse Nicolaus Bochner tanquam auctor dicti novi montis seu salisfodinae et sui liberi haeredes et successores legitimi singulis sabbatis diebus ratione prioratus et juris ipsius novi montis dicti Bargracht unam sexagenam grossorum pragensium latorum valentium sexaginta grossos latos in ipsam sexagenam computando de ejusdem novi montis seu salisfodinae obventionibus perpetuis etiam temporibus habebunt, recipient et levabunt pro suis beneplacitis utilitatibus convertendam. Quos quidem prioratum

et famulos quatuor seu salicidas et sexagenam
pecuniae et numeri praedicti ratione juris dicti
Bargrecht ipsius novi montis memoratus Nico=
laus Bochner sui liberi haeredes et successores
legitimi poterint habere, utifrui, vendere, com=
mutare, obligare, donare, alienare, convertere et
perpetue possidere ac in usus suos volunta=
rios et beneplacitos disponere, prout sibi et
eisdem melius, utilius et expeditius videbitur
pro suo et eorundem beneplacito voluntatis.
Harum quibus sigillum nostrum appensum
est testimonio literarum. Actum in Nova
Civitate Corczin, sabbato proximo ante
festum Nativitatis Beati Johannis Bap=
tistae, Anno Domini Millesimo, Trecentesimo
nonagesimo nono, Praesentibus reverendo
in Christo patre domino Nicolao episcopo
vladislaviensi, Johanne Liganza palatino
lanciciensi, Gnevossio subcamerario craco=
viensi, Imramo castellano zavichostensi,
Peregrino de Wangleschyn subcamerario san=
domiriensi et Zthincza de Rogow vicethesau=

rario ac aliis quam plurimis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus praefati domini Nicolai episcopi Vladislaviensis aulae nostrae protonotarii nobis sincere dilecti.

(Oblat. fer. 6a post fest. Sanctorum Innocentum d. 29. Decembr. 1780 ad acta castr. crac. Libr. Relat. Tom 211. pag. 3149-3151. No. 923 - ubi memoratur originale pergameneum sigillum pensile avulsum habuisse.)

Johannes de Tenczyn castellanus cracoviensis venditionem et resignationem mediae partis advocatiae in civitate Wieliczka, cum allodio Tur dicto per Nicolaum Bochner zupparium Michaeli de Czyrla civi cracoviensi factam, ratam habet.

Cracoviae anno 1399, die 24 mensis Julii.
(cum confirmatione regis Wladislai Jagiełło data in Nova civitate Korczyn a. 1399, d. 20 Novembris.)

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Wladislaus dei gratia rex Poloniae, nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae Lancitiae, Cujaviae, Lytwaniae princeps supremus, Pomeraniae, Russiaeque dominus et haeres etc. Significamus quibus universis expedit tam praesentibus quam futuris praesentium notitiam habituris: Quod nostrae majestati pro parte prudentis et honesti viri Michaelis de Cyrla civis cracoviensis nostri fidelis dilecti oblata petitio continebat quasdam litteras validi et generosi militis Johannis de Tanczyn castellani cracoviensis nostri fidelis dilecti in pergameno scriptas et sub ejus vero sigillo pendenti munitas: de et super venditione et resignatione mediae partis advocatiae in civitate Wyeliciensi redditus annui quinquaginta duarum marcarum, quatuor famulorum salicidarum,

balnei civilis ac allodii suburbalis per famosum virum Nicolaum Bochner civem cracoviensem et zupparium praedicto Michaeli factas, confectas ratificare, gratificare, approbare et confirmare de innata nobis clementia dignaremur, quorum quidem litterarum tenor sequitur et est talis:

Johannes de Tenczyn castellanus cracoviensis de mandato serenissimi principis et domini nostri domini Wladislai regis Poloniae etc pro hac vice regiminis ipsius vicesgerens, Notificamus universis quibus expedit tam praesentibus quam futuris praesentium notitiam habituris: quod ad nostram assessorumque nostrorum nobilium nonnullorum accedens personaliter praesentiam prudens et honestus vir dominus Nicolaus Bochner civis cracoviensis utriusque salis Zupparius et advocatus mediae partis advocatiae in civitate Wyeliciensi sanus mente et corpore existens non compulsus nec aliquo errore seductus, matura et spontanea deliberatione praehabita ultroneoque suorum fretus consilio amicorum, mediam partem advocatiae hujusmodi in dicta civitate Wyeliciensi redditum seu proventum annuum quinquaginta duarum marcarum pecuniae et pagamenti in regno Poloniae communiter currentium, quatuor

famulos seu salicidas dictos vulgariter Otroky, balneum civile quos et quae redditum seu proventum annuum et famulos seu salicidas in zuppa salis wyeliciensi, balneumque in civitate wyeliciensi praedicta et cum hoc allodium dictum Woluerk suburbale in preurbio ejusdem civitatis wyeliciensis ab isto latere scilicet eundo de Cracovia in Wyelyczkam habebat cum eorundem mediae partis advocatiae redditum seu proventuum annuorum et famulorum seu salicidarum balneique et allodii omnibus et singulis pertinentiis, juribus, usurgiis, obventionibus, terragiis, edificiis, pertinenciis, fructibus et utilitatibus quibuscumque nominibus vocitentur, prout hijdem et eadem media pars advocatiae redditus seu proventus annui et famuli seu salicidae, balneumque et allodium in suis omnibus juribus, ditionibus, spectantiis, appendiis et limitibus sunt distincti et distincta ab antiquo, prout ipse Nicolaus Bochner eosdem et eadem hactenus tenuit et possedit, nihil pro se, suis haeredibus et successoribus quibuscumque penitus reservando, solerti et famoso viro domino Michaeli de Cirla civi cracoviensi suis liberis, haeredibus et successoribus legittimis pro mille quingentis et viginti marcis

latorum grossorum pragensium numeri polonica=
lis, quadraginta octo grossos in marcam quam=
libet computando coram nobis rite et rationabi=
liter vendidit, ac perpetuae venditionis titu=
lo resignavit perpetuis temporibus duratu=
rum per eundem dominum Michaelem de
Cyrla suos haeredes et legittimos successo=
res habendos, habenda, tenendos, tenenda, pos=
sidendos, possidenda, vendendos, vendenda et
donandos, donanda commutandos, commutanda,
alienandos, alienanda, utifruendos, utifruen=
da et per ejusdem domini Michaelis suo=
rum liberorum haeredum et legitimorum
successorum beneplacito omnimode conver=
tendos et convertenda prout sibi et eisdem
melius et utilius videbitur expedire. Nos
igitur auctoritate memorati domini nos=
tri regis nobis ad praesens commissa dic=
tas venditionem et resignationem ratas ha=
bentes atque firmas ipsas eadem auctori=
tate robur firmitatis perpetuae decerni=
mus obtinere praesentium quibus sigillum
nostrum appensum est testimonio litte=
rarum. Actum Cracoviae in vigilia sancti
Jacobi apostoli majoris, Anno domini Mille=
simo trecentesimo nonagesimo nono; Prae=
sentibus hijs testibus nobilibus viris domi=
no Borcone de Tschczenecz castellano brzeko=

wiensi, Spytkone de Dzetrzychowycze judice castri cracoviensis, Iwone de Crvchow procuratore terrae cracoviensis generali, Jacobo de Brodly, Spytkone de Sedlecz et Jaschcone Lyubana vicethesaurarii reginali ac aliis multis testibus fide dignis. Datum per manus Stanislai notarii regalis.

Nos idcirco Wladislaus rex praedictus petitione memorati Michaelis de Cyrla benigne acclinati litteras suprascriptas in eorum omnibus articulis, clausulis, punctis et conditionibus ratas, gratas habentes per omnia, atque firmas ipsas de nostra certa scientia decernimus obtinere robur perpetuae firmitatis, apponentes venditioni et resignationi antedictis nostrum regium consensum. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Datum in nova civitate Corczyn in crastino sanctae Helizabeth electae, Anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo nono, Praesentibus Johanne de Tanczyn castellano cracoviensi, Petro Schafranyecz subdapifero com.. cracoviensi, Sbigneo de Wladislawia, Nicolao de Mychalow, Petro de Sulkow, Petro Wlotkonis de Charbinowycz et aliis nobilibus quam pluribus nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus reverendi in Christo

patris domini Nicolai de Kurow episcopi wladislawiensis nobis sincere dilecti.

(Ex manuscripto codice Privilegiorum civitatis Wieliczka per Florianum Lovicensem notarium (a. 1552 exarato, pag. 274–283)

Johannes de Tenczyn castellanus cracoviensis recognoscit, nobiles Imramum et Johannem de Czulice totam summam pecuniae pro vendita villa Marcinkowice a civibus velicziensibus recepisse.

Cracoviae anno 1399.

Nos Johannes de Tenczyn castellanus cracoviensis notum facimus quibus expedit universis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris: quod accedentes personaliter ad nostram praesentiam nobiles viri Imramus junior, Johannes fratres, Catherina et Hanka sorores germanae una cum matre ipsorum fassi sunt et publice recognoverunt, a providis viris civibus de Wyelyczka pro villa Marczynkowycze in terra cracoviensi prope Wyelyczkam situatam totalem summam pecuniarum recepisse et habuisse ratione et occasione venditionis dictae villa Marczynkowycze nihil pro se et suis successoribus legittimis penitus juris reservantes. Unde nos Johannes castellanus praedictus audita dicta recognitione

ipsorum Imrami, Johannis et sororum ipsorum, praefatos cives de Wyelyczka a solutione dictarum pecuniarum absolvimus et quietamus per praesentes perpetue dictam villam Marcynkowycze ipsis civibus de Wyelyczka assignantes cum omni jure et dominio tenendam, habendam et jure perpetuo possidendam, praedictis vero dominis Imramo juniori, Johanni, Catherinae, Hancze ac matri ipsorum necnon ipsorum successoribus qui sua putarent interesse, perpetuum silentium imponentes. In quorum omnium et singulorum testimonium et evidentiam pleniorem sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Cracoviae, Anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo nono, Praesentibus nobilibus viris dominis Petro de Xanz, Peregrino de Broda burgravis castri cracoviensis, Spitkone de Sedlyecz, Clemente de Rosprza, Johanne de Wynary testibus ad praemissa vocatis.

(Ex manuscripto codice Privilegiorum civitatis Wieliczka per Felicem Lovicensem notarium a. 1552 exarato pag. 195–197)

Vladislaus (Jagiello) Rex Poloniae rectoribus ecclesiae oppidi Leżajsk dotem assignat.

In Biecz, anno 1400 die 4 mensis Novembris

In nomine Domini Amen. Vladislaus Dei gratia Rex.

Nakielski Miechov. pag. 359

22 wsi(?)

Jacobus Strepa archiepiscopus haliciensis adorantibus imaginem alabastrinam B. V. Mariae in ecclesia leopoliensi Ordinis Praedicatorum certas indulgentias confert.

Leopoli, anno 1401. die 8 mensis Martii.

Jacobus miseratione divina archiepiscopus haliciensis. Dum excellentiam meritorum et laudum praeconia quibus gloriosissima ac sacratissima Dei Genitrix Virgo semper Maria angelorum et hominum imperatrix potentissima prae cunctis sydereis civibus extollitur et per nos mortales et exiguos quomodo et qualiter ad plenum sit attolenda intra cordis nostri secreta perscrutamur, ignoramus quia quem caeli comprehendere non voluerunt ipsa suo sacratissimo gremio nobis contulit Salvatorem et quasi sol in suo perfectissimo meridiano calore persistens, suos radios super omnia inferiora potenter calefaciens et mittens diffundit, sic ipsa pietatis mater et humani generis consolatrix suae charitatis viscera super afflictos et moestos corde compatiendo et superabunde ac misericorditer effundit etiam pro omnibus et digne famulantibus eam quoque invocantibus effundere non desinit et qui mole vitiorum praemuntur, tanquam sedula et pervigil exoratrix ad filium quem de se genuit, incarnatum benignissime intercedit. Cum ergo dignum et justum arbitremur, ut ipsius Dei Genitricis nec non angelorum et hominum imperatricis jugis et pervigil memoria Christi fidelibus condignis orationi-

laudibus, honoribus frequentetur, omnibus vere poeni=
tentibus confessis et contritis ad ecclesiam Corporis
Christi infrascriptis solennitatibus videlicet Nativi=
tatis Domini, Circumcisionis Epiphaniae, Parasceveae,
Resurrectionis, Ascensionis, Spiritus sancti missionis,
Trinitatis et omnibus festivitatibus ipsius Virginis
gloriose venientibus et geniculantibus ante imaginem
ipsius Beatae Virginis de Specie alabastrium factam
ad laudem omnipotentis Dei et honorem ipsius Geni=
tricis, Dominicam Orationem cum Ave Maria salu=
tatione angelica devote dicentibus de injunctis eis poe=
nitentiis XL dies indulgentiarum de omnipotentis Dei
misericordia et auctoritate beatorum Petri et Pauli
apostolorum confisi misericorditer relaxamus, ha=
rum quibus sigillum nostrum praesentibus est ap=
pensum testimonio literarum. Actum et datum Lem=
burgae sub Anno Domini M.CCCC. primo Feria
tertia post Dominicam quae solet in Domo Domini
Oculi decantari.

Okolski Russia p. 67. 68

Indulgentias confert.

Petrassius capitaneus haliciensis et sniaty-nensis, notificat dislimitationem in Wasi-czyn inter haereditates Basilii Moszenczycz et Conradi Borsnicz, fecisse.

Haliciae, anno 1401, die 24 mensis Augusti.

Wo imia otca i syna i swietoho ducha amin. A se jaz pan Petrasz starosta halyckyj i sniatynskyj swidczu to swoim lystom kto koty na sej lyst wozre ity uslyszyt cztuczy, iże pryszed pered mia Wasko Moszenczycz i pozwał Kundrata Borsniczia o hranyciu o Waszyczyńskuju; tohd jemu Kondrat ne chotił otpowidyty, otyż pryszed Wołczycz dał swo-ju ricz Waskowi w ruki lubo stratyt, lubo dobudet Wasko; toż jemu jał Kondrat otpowidaty jeho ricz, tohd ja pan starosta Petrasz s zemlany uczynyty jesmy meży imi zawity u rok, na w wedinie hranycy, kto meży imi ukażet twerdijszym lystom i zname-ny, szto sut na lysti, tot zyskał, a kto na rok nestanet ani ukażet tot stratył; tohd ja pan starosta na toi rok swoim żywotom wyjichał na tu hranyciu; tohd Kundrat ukazał swoju hranyciu i lystom i znameny szto na listi stojat a Was-ko Moszenczycz na toi rok nestał na zawityj

ani ludyj newystał; tohdy ja pan starosta nadał
zemlany otprawyły jesmy Kundratu toi hranycy
i okola jemu Kn.... les uichał imi jemu tohd
uichały po ta znamena. A pry perwom sudi był
pan Wasko Tiaptiukowycz, pan Drobysz, pan
Michałko Żyd Hanuwow ziat i widothyj, pan
Jacko Harbortowsky; a ti dokonały i osudyły pan
~~Jan~~ Chrżen Martynowsky, pan Oldrych Mednsky,
Ditrych Kromyrowsky, pan Snopko, pan Michał-
ko Hrabowecky, Kostyse Hołowenczycz; a na to
jaz pan Petrasz starosta dał jesm Kundratowi
nasz łyst pod naszeju pecziatiu na swidoctwo
i na twerdost'. A pysana pod bozym naro-
żyniem 1000 lit i 400 lit i 1 lit; a dan u Ha-
łyczin u den swiatoho Waltromija. Amin.

(Oryginał na pergaminie - pisany liter-
rami Kiryłskiemi - pieczęci brak -
w zbiorze p. Gwalberta Pawlikowskie-
go)

Petrus Wysch episcopus cracoviensis concordiam cum Stanislao Wątrobka de Strzelce castellano sandecensi facit ratione usus fructus ex silvis villarum episcopalium Zaborowie, Szczurowa, Niedzieliska, Rajsko et Rzonchowa.

Cracoviae, anno 1403, die 30 mensis Septembris.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Omnis humana actio de facili a memoria mortalium labitur et transit, nisi scripturae testimonio literarumque apicibus et scriptis testimoniis fuerit perennata. Proinde nos Petrus Dei gratia episcopus cracoviensis una cum venerabili capitulo nostro salutem in Domino sempiternam. Significamus universaliter singulis et singulariter universis tam praesentibus quam futuris praesentem

paginam inspecturis. Quod licet jam dudum causa et
differentia inter reverendum dominum Johannem
Deigratia episcopum Cracoviensem praedecessorem
nostrum de et quibusdam injūriis ex libera volun=
tate ac licentia scrophas in glandinibus, equos,
pecora, pecudes quaecunque vel quascunque parte
ex una et strenuum militem Nicolaum Wantropka
dictum de Strzelcze et Wiesna Gorka haeredem
ac subditorum ipsius granibus pascendi et
aquarum utilitate quaecunque vel qualiacunque
ligna scindendi in sylvis, nemoribus, borris, quer=
cetis nec cum aliis quae Wegnanicze, Lecienstwo,
Wramb, Landowe, Lobrzezne vulgariter nuncu=
pantur jacent inter et intra granities seu li=
mites villarum episcopalium videlicet Zaborowie,
Sczurowa, Niedzieliska, Rajsko, Rzezanchowa
parte ex altera coram judicio domini nostri
regis generali exorta fuisset quaestionis materia
et controversia: nos tandem Petrus Dei gratia
episcopus cracoviensis una cum venerabili capi=
tulo antedicto habentes sinceram erga proximum

in Domino charitatem assiduis quoque et humi=
libus magnifici Stanislai Wantrobka castellani
sandecensis de Strzelcze et Wiesna Gorka haere=
dis inclinati petitionibus causam cum differen=
tia et quaestionis materiam praenominatam inter
nos nec non magnificum dominum Stanislaum
castellanum sandecensem antedictum successo=
rem Nicolai sopire ac in finem debitum deter=
minare volentes, talem unitatem et mutuam ami=
cabilem concordiam statuimus, fecimus, ordi=
navimus, complevimus ac fine debito modo in=
frascripto determinavimus. Quia magnificus
Stanislaus castellanus sandecensis praedictus
Wantrobka de Strzelcze et Wiesna gorka hae=
res debet habere ac utifrui libertate in sylvis,
nemoribus, borris, quercetis superius nomina=
tis ligna scindendi pro sua suorumque subdi=
torum necessitate etiam et pro construendis
aedificiis, nec non in granibus pascendi et aqua=
rum decursibus quae vulgariter Landowe et
Pobrzezne nuncupantur, venatione cunctarum fe=
rarum, scrophas in glandinibus, equos, pecora, pecudes

quemcumque vel quascunque inter et intra granicies seu limites villarum episcopalium Zaborowie, Sczurowa, Niedzieliska, Raysko, Rzezanchowa praedictarum liberam pascendi licentiam alias Lecienstwo insimul suis cum subditis et postremis successoribus. Proinde vero volentes in praemissis condignam fieri recompensam, ne tamen per hoc pravitas usurariae per quempiam intervenire putetur, etiam dominus Stanislaus castellanus sandecensis sepedictus Wantrobka debet et astrictus erit ac se suosque postremos pro tempore existentes sub fidei sacramento subjecit et spopondit nobis ac caeteris dominis episcopis pro tempore existentibus navigia sua aquatica quaecunque in fluvio Wisla ubicunque locorum nunc habet et in futurum habiturus erit incolis nostris villarum clavis Radloviensis episcopalium sine solutione pecuniae libera dimittere dum tamen cum frumentis caeterisque necessariis ad fora et nundina pro parte nostra episcopali etiam podwody nec non venerabili domino episcopo cum curia equitanti navigia praedicta sua libera dare et subicere debebit et tenebitur ita, ne per hoc subditi

nostri clavis Radloviensis sentiant gravamen cum angaria salvo quidem antiquo solario qui vulgariter Przewoznicza Kolenda nuncupantur. Volumus tandem fieri in arbitrio magnifici Stanislai injuriam passo, qui ipse possit et valeat pro injuria sibi per dominum episcopum, quod absit, illata ad ecclesiasticum sive secularem judicem pro non administratione justitiae excessu recurrere. Nos igitur Petrus Dei gratia episcopus una cum venerabili capitulo cracoviensi antedicto causam et quaestionis materiam modo jam praenominato per nos statutam, factam, ordinatam, completam atque finitam praesentibus approbamus, confirmamus, ratificamus, perpetuo inviolabiliter duraturam. In quorum omnium testimonium et fidem et evidentiam pleniorem nostrum dictique capituli nostri majora sigilla praesentibus sunt subappensa. Actum et datum Cracoviae in crastino Sancti Michaelis Archangeli, Anno a Nativitate Domini Millesimo Quadringentesimo tertio; praesentibus venerabilibus Zbigneo archidiacono, Ottone scholastico, Swatopelkone cantore, Joanne custode, Setegio Joannis, Dionisio de Morsko, Niemierza de

Cracoviae, Abrahae Petri, Henrico de Ropki, Martino dicto Cielanthko, Martino de Olszowa, Nicolao de Wanchadlow, Johanne de Korabniki, aliisque plurimis tunc capitulariter congregatis.

(Oblatum per Stanislaum Morski de Morsko ad acta castr. cracov. fer. 6ª post fest. S. Francisci confes. 1612. Libr. Relat T. 38 ubi memoratur originale pergameneum 2 sigillis majoribus pensilibus episcopi et capituli cracov. munitum fuisse.)

Nobiles terrae Russiae oppidum Tyczyn cum districtu Zalesie, quem Hedvigis relicta vidua Ottonis de Pilca palatini Sandomirien=sis possidebat, Wladislao Regi Poloniae adjudicant.

In Medyka, Anno 1404, die 19 mensis Octobris.

Nos Mathias Dei gratia Catholicae et Offanassius Ruthenicae Ecclesiarum Premysliensis episcopi; Johannes de Tharnow Cracoviensis, capitaneus Rus=siae, Petrus Kmitha Sandomiriensis, Petrus Pylicô=wicz Mazoviae palatini, Nicolaus de Michalow castellanus Voynicensis, Gnewossius subcamerarius Cracoviensis, Florianus de Korythnica subpincerna Sandomiriensis, Iwo de Kleczycze, Jascho de Rze=schow, Benko de Zabokruk, Jascho Mazovita, Nicolaus de Kulikow, Jascho Kluss, Cristinus de Parczmowicz, Nicolaus Potrosky, Jaschco Fortuna, Franciscus Borsnicz, Hrynko Sokoleczsky, Andreas et Hryczko fratres germani de Bubel, Hryczko Kerko=

Kerkowicz, Hleb Dyathkowicz, Wolczko Preskizicz, Danilo Zadzewetski, Kosco Slieneczkowicz Premysli=
ensis, Jaczko Sanocensis Judices, Wasco Teptykowicz, Michaelo Proczowicz, Drahin Valachus, Chodco Czemec, Georgius Moschonczyc, Wasco frater eius, Wolczco Kuz=
micz, Michaelo Syenkowicz, Iwo Danykowicz et Oleschco Hrudkowicz, et caeterique nobiles et terri=
genae terrae Russiae, Ad universorum notitiam per haec scripta deducimus, quod licet causa pro oppido Tyczyn et villis ad ipsum spectantibus et toto districtu dicto Zalesse inter serenissimum Principem et dominum dominum Wladislaum Dei gratia Regem Poloniae et dominum nostrum gra=
tiosissimum ex una, et generosas, nobilesque domi=
nas Hedvigim relictam Otthonis de Pylcza olim palatini Sandomiriensis, et Elizabeth natam ipsi=
us, consortem Vincentii de Granowo castellani Naklensis, parte ex alia, in multis et variis ter=
minis volveretur: tandem in termino eisdem par=
tibus in Medica in crastino Sancti Lucae per=
emptorie et finaliter assignato, bona deliberatione praehabita, multorum iurisperitorum et proborum usi consilio, voluntate unanimi, Deum et iustitiam habentes prae oculis, decrevimus et sententialiter

conclusimus: quod ipse dominus Wladislaus Rex Poloniae memoratus proprior est ad obtinendum praedictum oppidum Tyczyn cum villis et toto districtu Zalesse, quod praedictae dominae Hedvigis cum Elizabeth persolutis videlicet quingentis marcis Polonicalibus, pro quibus praedictum oppidum Tyczyn cum villis ad ipsum spectantibus et districtu Zalesse empta fuerunt, quibus Hedvigi et Elizabeth memoratis. cuius quidem oppidi Tyczyn, villarumque ad ipsum spectantium et totius districtus Zalesse possessionem perpetuam iusto iudicio eidem domino Wladislao Regi Poloniae et eius successoribus adiudicavimus tenore praesentium mediante. Et pro maiori firmitate sententiarum per nos latarum, memoriale quod Pomoczne dicitur, ab eodem domino Wladislao Rege Poloniae irremissibiliter recepimus, iuxta consuetudinem, quae in terra Russiae solita est observari, ita videlicet, quod idem dominus Rex solutis quingentis marcis, ut praemittitur, praedictis dominabus Hedvigi et Elizabeth, praedictum cum villis ad ipsum spectantibus et toto districtu Zalesse in territorio

Sanocensi sito tenebit, iuxta quod sibi adiudica=
vimus et adiudicamus perpetue: memoratis domi=
nabus perpetuum silentium imponentes, Harum
quibus sigilla nostra sunt appensa testimonio
literarum. Datum ibidem in Medica, die domi=
nica in crastino beati Lucae Evangelistae, Anno
Domini Millesimo Quadringentesimo quarto.

(Oryginał na pergaminie przy którym
znajdowało się 21 pieczęci na zawiaskach
pergaminowych, oprócz oderwanych,
był w Archiwum Koronnem jeszcze r.
1785. - Kopia w Tekach Naruszewicza
Tom X, Nr. 74.)

Derslaus praepositus, Susanna abatissa atque totus conventus monasterii de Staniątki cum Michaele de Radomsko praeposito miechoviensi novam ordinationem ratione piscationis in lacubus villae Mozgwin faciunt.

In Staniątki, anno 1405 die 6 mensis Novembris.

Nos Derslaus praepositus una cum deuotis in Christo ac Religiosis Sororibus

Nakielski
Miechovia
p. 379

54 wiersz 29

Wladislao (Jagiełło) rex Poloniae liberam venditionem carnium singulis diebus sabbativis civitati Wieliczka concedit.

In Jasło, anno 1406, die 9 mensis Novembris.

Wladislaus dei gratia rex Poloniae Lytwaniaeque princeps supremus et haeres: significamus tenore praesentium quibus expedit universis: quomodo cupientes civitatis nostrae Wyeliczka conditionem facere meliorem, ejusque defectibus et inopiae misericorditer subvenire, ut nostris suffulta munificentiis sub nostro foelici regimine uberius respirare valeat et felicia recipere incrementa: pro meliori ratione ejusdem civitatis ad humiles et instantes peticiones civium et incolarum ipsius in eadem civitate nostra Wieliczka, ubi zuppae salis nostri existunt, venditionem liberam sive bancos carnium liberos singulis diebus sabativis in qualibet septimana habendos statuimus indulgemusque et admittimus praesen=

tium per tenorem, dantes et omnimodam concedentes facultatem, omnibus hominibus circumsedentibus cujuscumque status aut conditionis fuerint, quod singulis diebus sabbativis ibidem ad Wieliczkam cum carnibus venalibus venire poterint, et eas in hujusmodi macellis seu bancis carnium liberis vulgariter Sochaczky vendere libere pro ipsorum beneplacito voluntatis ad nostrae beneplacitum voluntatis. Vobis igitur capitaneis, procuratoribus, eorumque vicesgerentibus cracoviensibus, nec non advocatis, zuppariis, consulibus totaeque communitati Welicensis civitatis praesentibus requirentes, et qui pro tempore fueritis, nostris firmis damus regalibus in mandatis, quatenus hujusmodi macella seu bancos carnium liberos ibidem in Wieliczka singulis diebus sabbativis ut praemittitur habendum prohibere et impedire nulla praesumatis ratione, omnes homines ad vendendas carnes in eisdem admittentes gratiae nostrae sub obtentu, quousque a nobis aliud habueritis in mandatis. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Datum in Jasiel feria tertia proxima ante diem beati Martini pontificis, Anno domini Millesimo quadringentesimo sexto. – Ad relationem Nicolai regni Poloniae vicecancellarii.

(Ex manuscripto codice Privilegiorum civitatis Wieliczka per Florianum Lovicensem notarium a. 1552 exarato, pag. 99 – 101.)

Wladislaus (Jagiełło) rex Poloniae incolas civitatis Wieliczka a praestatione equitaturarum, podwody dicta liberos facit.

Lancitiae, anno 1409 die 21 mensis Julii.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ad hoc etenim regis praesidio gloriosi principatus solum assumpsimus, ad hoc regni recepimus dyadema, ut subjectus nobis populus nostro felici suffultus regimine in pacis dulcedine conquiescat et ab omni oppressionum gravamine jugiter liberetur. Proinde nos Wladislaus Dei gratia rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Syradiae, Lanciciae, Cujaviae, Lytwaniae princeps supremus Pomeraniae, Russiaeque dominus et haeres etc: Notificamus tenore praesentium tam praesentibus quam futuris quibus expedit universis: quod consideratis et in animo revolutis multiplicibus oppressionum gravaminibus laboribus et jacturis civibus et incolis civitatum regni nostri et frequentia vectigalium ducturis equitaturarum,

quae Podwodij dicuntur et alias quibuscumque nomini=
bus vocitentur, iminentibus digna et salubri animadver=
sione, eadem vectigalia, ducturas, equitaturas ut
praemittitur, podwodij dictas merito decrevimus abo=
lendas ut cives et incolae civitatum regni et domi=
niorum nostrorum a gravamine ipsarum respirare
valeant et creatoris nostri clementiam pro nobis et
consorte et prole nostris charissimis liberius exorare,
et ut civitas nostra Wyeliczka hac plenitudine gratia=
rum nostrarum gaudeat, utifruatur et letetur, cives
et incolas ejusdem civitatis Wieliczka ab omnibus
vectigalibus, ducturis, equitaturis oppressionibus quae
podwodij dicuntur earumque gravaminibus excipimus
absolvimus et perpetuo liberamus, decernentes et con=
stanti firmitate statuentes: quod a modo ab eisdem
civibus et incolis civitatis praedictae equi pro vecti=
galibus, ducturis, equitaturis, podwodi dictis tam
pro curribus quam minutiis quam etiam falconistis
et aliis nulla recipiantur per nostros quoscumque
officiales et nuntios ratione: sed quod ipsi cives
et incolae ab ipsorum datione sint soluti et exempti:
illa nostra necessitate tantummodo excepta et ex=
clusa, quod dum ibidem in Wyeliczka constituti fue=
rimus, ipsi cives et incolae ejusdem civitatis pro
deducendis nostris utensilibus, coquinalibus tres aut

quatuor currus nobis et dominae reginae consorti nos=
trae charissimae similiter dare tenebuntur ad civita=
tem seu ad locum proximum, in qua vel in quo sta=
tionem tunc nos facere contingat, juxta consvetudinem
tempore felicis recordationis domini Casymiri regis Po=
loniae praedecessoris nostri observatam. Si autem ali=
qua opportunitate emergente ipsi cives et incolae hu=
jusmodi vectigalia ducturas et equitaturas ratione
requisitionis nostrae dederint et assignaverint, ista
ad solutionem debitam nostrarum pecuniarum et non
aliter dare et assignare tenebuntur. Vobis igitur capi=
taneis burgrabiis procuratoribus, vice procuratoribus,
tenutariis, nuntiis et officialibus universis nostris
firmis damus regalibus in mandatis, quatenus eosdem
cives nostros Wyelicienses circa hanc, quam ipsis con=
cessimus inviolabiliter conservare debeatis libertatem.
Harum quibus sigillum nostrum appensum est testi=
monio litterarum. Actum Lancitiae die dominica in
vigilia beatae Mariae Magdalenae, Anno domini Mil=
lesimo quadrincentesimo nono, Praesentibus reveren=
dis in Christo patribus dominis Nicolao archiepisco=
po gnesnensi, Johanne episcopo wladislaviensi eccle=
siarum, nec non validis strenuisque viris Petro Kmy=
the cracoviensi, Cristino de Ostrow sandomiriensi, Ja=
cobo de Koniecpolye syradiensi et Johanne Lyganza

lanciciensi palatinis, multisque aliis nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus venerabilis Nicolai praeepositi sancti Floriani ante Cracoviam regni Poloniae vicecancellarii nobis sincere dilecti. – Ad relationem ejusdem domini R. P. vicecancellarii.

(Ex manuscripto codice Privilegiorum civitatis Wieliczka per Florianum Lovicensem notarium a. 1552 exarato, pag. 17–21.)

Martinus de Moskorzow uxori suae Catharinae 500 marcas super castro Dobczyce coram Sbigneo de Brzezie Marschalco Regni Poloniae et Capitaneo Cracoviensi, reformat.

Cracoviae, Anno 1410, die 29 mensis Maii.

Nos Sbigneus de Brzeszye Marschalcus Regni Poloniae et Capitaneus Cracoviensis, significamus tam praesentibus quam futuris, praesentium notitiam habituris, quibus expedit universis omnibus et singulis: Quomodo nobilis Martinus de Moscorzow, filius validi domini Clementis olim Castellani Visliciensis, ad nostram veniens personaliter praesentiam, non compulsus, nec seductus, quinimo mente sanus et corpore validus existens, ac de suorum amicorum salubri consilio iugiter freto, ac matura deliberatione praehabita, quingentas marcas latorum grossorum Pragensium numeri Polonicalis, consueti pagamenti,

super oppido et castro Dopsicze ac villis ad eundem oppidum adiacentibus, omnibus et singulis, et spectantibus, et omnibus et singulis utilitatibus civitatis, castri, villarumque praedictarum, generosae dominae Catherinae, natae domini Petri subcamerarii Cracoviensis, suae conthorali carissimae, ratione dotalitii assignavit et realiter ordinavit iuxta modum terrestrem tenere ac habere. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Actum et datum Cracoviae, feria quinta in Octava Corporis Christi, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo decimo. Praesentibus nobilibus viris dominis Johanne de Szczekocin castellano Lublinensi, Petro de Medzwedz, Johanne et Sandcone de Czcikowicze, Joscone de Wirzbno et Pascone de Zakrzew et aliis quam pluribus fide dignis.

(Originale cum sigillo cereo in taeniola pergamenea pendente, erat anno 1785 in Archivo Regni. – Copia in Thecis Naruszevicianis, Tom X, Nr. 171.)

Wladislaus (Jagiełło) rex Poloniae Joanni palatino cracoviensi et Spytkoni fratribus de Tarnow facultatem construendae piscinae in silva Sobowe dicta, confert.

Sandomiriae, anno 1411 die 25 mensis Februarii.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam Wladislaus Dei gratia rex Poloniae, Lithuaniaeque princeps supremus et haeres Russiae Significamus tenore praesentium quibus expedit universis: Quoniam attentantes multae fidelitatis studiosa obsequia et constantis fidelitatis merita quibus validus Joannes de Tarnow palatinus cracoviensis et Spitko fratres germani nostrae complacuerunt majestati et adhuc complacere poterint praestantium in futurum horum intuitu volentes ipsos gratiarum nostrarum prosequi favoribus et ad nostra obsequia continue reddere promciores ipsis in sylvis et borris bobolbe dictis in fluvio Zuppawa quorum et ipsi nobiscum sortem habere dinoscuntur, piscinam fodendi et denuo faciendi pro. Sobowe

suis et suorum successorum perpetuis usibus liberam tenore praesentium concedimus facultatem. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum in Sandomiria feria quarta ipso die Cinerum Anno Domini Millesimo Quadringentesimo undecimo, Praesentibus ibidem validis strenuisque viris Michaele sandomiriensi, Domarathone de Kobilany biecensi castellanis, Zbigneo de Brzezie regni Poloniae marschalco, Joanne de Sprowa capitaneo sandomiriensi, Paulo de Zlothniki et Nicolao Drogossa, aliisque multis fide dignis nostris fidelibus dilectis. Datum per manus venerabilis Nicolai praepositi sancti Floriani ante Cracoviam regni Poloniae vicecancellarii. Relatio Manszhyconis.

(Ex Oblat. ad acta Castr. Cracov. fer. 2a ante fest. S. Martini pontif. 1583 Libr. Relat. Tom IX pag. 1577-1578 No. 2135 - ubi dicitur originale in pergameno scriptum cum sigillo regio pensili munitum fuisse.)

Joannes alias Ilko et Nicolaus Szenko fratres cum matre Stachna ecclesiam in villa Urzejowice erigunt, eique dotem assignant.

In Przeworsk, anno 1411 die 14 mensis Septembris

In nomine Domini Amen. Noverint omnes et singuli

Nakielski
Miechovia
pag 385

29 wierszy

Joannes alias Ilko ~~[illegible]~~ et Nicolaus Szenko fratres cum matre Stachna fundationem ecclesiae in villa Urzejowice innovant dotemque ~~[illegible]~~ meliorant.

In Przeworsk anno 1413 die 4 mensis Julii.

Quoniam humanae imbecillitatis memoria faciliter extinguitur

Nakielski
Miechovia
pag 386

54 wiersz 4

Nicolaus de Wróblowice cum Helena uxore Nicolai Nosek haereditatem suam paternam et maternam in villa Wróblowice Jacussio de Zalecice vendunt.

Cracoviae, anno 1421 die 6. mensis Januarii.

Nos Paulus de Bogumilowice judex et Jacobus de Boturzyn subjudex terrae cracoviensis generales notum facimus quibus expedit universis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris, quod in judicio terrestri nostro cracoviensi coram certis camerariis judicialibus nostris constituti personaliter nobiles Helena uxor Nicolai Nosek una cum ipso Nicolao, haeres de Wroblowice sani mentibus et corporibus existentes non compulsi nec coacti sed de bona eorum voluntate totam partem haereditatis ipsorum paternam et maternam ibidem in Wroblowice cum
* ipsius partis haereditate omnibus jure, dominio, utilitatibus, fructibus, redditibus, proventibus, incolis, censibus, areis, aedificiis, domibus, tabernis, molendinis, hortis,

agris, campis, pratis, pascuis, piscinis, aquis, fluviis, sylvis, borris, gaÿs, rubetis et universis pertinentiis nihil pro ipsis et successoribus ipsorum ibidem juris vel utilitatis reservando, nobili viro Jacusio haeredi de Zalecice et ipsius posteris legitimis pro sedecim marcis et pro sedecim scotis in totum vendiderunt et pro triginta marcis monetae melioris Cracoviensis numeri polonici in perpetuum resignaverunt tenendam, habendam, utifruendam, possidendam et in usus suos beneplacitos libere convertendam, promittentes ipsum Jacusium occasione praemissorum ab omnibus impedimentis atque damnis juxta consvetudinem terrestrem Cracoviensem ubilibet relevare. In cujus rei testimonium sigilla praesentibus nostra sunt appensa. Actum et datum Cracoviae feria secunda in die Epiphaniae Domini, Anno ejusdem Millesimo quadringentesimo vigesimo primo; praesentibus nobilibus his testibus Joanne Jacobo de Plazow, Spytcone Jacussio de Wola, Janussio et Spytcone de Morawica haeredibus pluribusque aliis fide dignis.

Transsumpt u August. w Krakow

Vladislaus Jagiello rex Poloniae villas Ptaszow, Sidzina et Suchodol Gnievosii de Dalowice subdapiferi cracoviensis jus theutonicum confert.

In Zarnowiec, anno 1421 die 21 mensis Aprilis

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quia tunc multorum errorum et dubiorum prudenter occurrimus incommodis dum gesta aetatis nostrae literarum apicibus et fide dignorum testimonio perhennentur. Proinde nos Wladislaus Dei gratia rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae Syradiae, Lanciciae, Cujaviae Lithvaniaeque princeps supremus, Pomeraniae, Russiaeque dominus et haeres etc. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris: Quomodo ad instantes petitiones strenui Gnenosij de Dalowice subdapiferi cracoviensis fidelis nostri et Elizabet consorthis ipsius villas ipsorum Plasshow, Schydzyna et Suchdol in terra et districtu cracoviensi consistentium prout in suis metis, limitibus et graniciis longe late circumferencialiterque

sunt distinctae et limitatae ab antiquo de jure polo=
nico in jus theutonicum quod Sredense dicitur
transferimus perpetuo duraturum, removentes ibidem
omnia jura polonicalia modos et consvetudines uni=
versas, quae ipsum jus theutonicum plerumque con=
sveverunt et sunt solita perturbare, eximimus insu=
per absolvimus et perpetuo liberamus advocatos
sive scultetos nec non omnes et singulos kmetones
et quosvis incolas villarum praedictarum ab omni
jurisdictione et potestate omnium regni nostri pala=
tinorum, castellanorum, capitaneorum, judicum, sub=
judicum et quorumvis officialium ministerialium
eorundem, ut coram ipsis aut ipsorum aliquo pro cau=
sis tam magnis quam parvis puta furti, incendii, san=
gvinis, homicidii, membrorum mutilationis et quibus=
vis enormibus excessibus citati minime respondebunt
nec aliquas poenas solvere tenebuntur sed tantum earundem
villarum kmethones et incolae coram eorum scultetis
pro tempore existentibus, sculteti vero coram praenomi=
nato Gneuossio sive praedictarum villarum haeredibus
aut coram nobis vel judicio nostro generali dum ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ tamen per nostram literam modo sigillo
sigillatam evocati fuerint et citati et hoc si in redden=
da justitia negligentes forent et remissi, tunc non ali=
ter quam suo jure theutonico sredensi praedicto de se
querulantibus respondere sunt astricti. In causis autem
criminalibus et capitalibus superius expressis memora=
tarum villarum scultetis et granicijs et judicandi senten=
tiandi puniendi corrigendi plectendi decollandi, rotandi

et condemnandi plenam damus et omnimodam tenore
praesentium concedimus facultatem prout hoc ipsum
dictum jus theutonicum in omnibus suis punctis
sententiis, condemnationibus, articulis et clausulis
postulat et requirit juribus tamen nostris regalibus
in omnibus semper salvis. Harum quibus sigillum
nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum
in Zarnowyecz feria secunda post dominicam Canta=
te proxima ante festum sancti Georgii, Anno Domini
Millesimo quadringentesimo vigesimo primo; Praesen=
tibus strenuis et nobilibus ~~[illegible]~~ Mosticio de Sthan=
schow poznaniensi, Martino de Kalynowa syradiensi,
Cristino de Kozyglowy sandecensi castellanis, Petro
Schaffranyecz succamerario cracoviensi, Zbigneo de
Zbrzeze marssalco regni Poloniae et Wyerzbyatha
de Branicze multisque aliis fide dignis fidelibus
nostris dilectis. Datum per manus reverendi pa=
tris Alberti dei gratia episcopi cracoviensis regni
Poloniae cancellarii et venerabilis Joannis Schaffra=
nyecz decani et canonici regni Poloniae vicecancellarii
sincere nobis dilectorum. — Ad relationem venerabi=
lis Sbygnei de Olyessnycza Sancti Floriani ante Cra=
coviam praepositi.

(Ex codice manuscripto: Liber privilegiorum
Collegii minoris domus artistarum universi=
tatis Cracoviensis, ineunte saec. XVI exarato
pag. 13.)

1422

Serenissime princeps et domine. Per promptam in quibusdam complacendi voluntatem solent qui sui natura grata existunt facile persvaderi. Cum igitur pacis bono, ad quod presens aspirat intencio, in rebus creatis nihil gloriosius audiri, nihil delectabilius concupisci, nihil denique habeat (hat) utilius possideri: consequens ac dignum valde videtur, ut in corde prudentis ortamenta, que ad pacem sunt praeceteris sibi vindicent, ymo et captent benigni assensus auditum. Sane Serenissime Rex preteritis non longe diebus prestantes viri Petrus Cordebog miles

et suus collega Vestre Serenitatis oratores egregii,
credenciali facultate suffulti, narracione nobis di:
serta exponere vestri in nomine satagebant, quod
licet Serenitati Vestre corona Regni Bohemie per
nonnullas eiusdem incolas attencius fuisset ob:
lata, eademque tamen Serenitas veritatis amore
et Katholice fidei contemplacione, obligacionibus
huiusmodi refutatis veram se perpetuamque
cultorem christiani nominis demonstravit, adiec:
to, quod contra fidem Katholicam non rectam
sentientibus nullum unquam impenderet auxilium,
consilium aut favorem, sed nec ad faciendum
premissa Illustri principi domino Alexandro
alias Wytoldo duci Litphanie vulgariter nun:
cupato consentiret, precantes insuper, ut ~~[illegible]~~
si que hiis contraria, fameque Vestre Serenitatis
obscurativa suggeri contigisset, veluti falsiloquia
sperneremus. Nos super narracione tam grata
plurimum exhilarati, gracias Deo cuius res agi:
tur in hac parte, et celsitudini Vestre laudes
attencius persolvere studebamus, accensi sinceriori

quolibet Vestre Serenitati complacendi affectu, promptique excusare obloquia opportunitate percepta. Verum tamen quod subsequens fama premisse narracioni satis dissona in terris istis recrepuit, qualiter videlicet quidam Sigismundus dux, cognatus vester ut ascribitur, illustris, nomine ducis Wytoldi prefati, tam vestri Regni Polonie quam ducis Wytoldi supradicti, procerum ac militum agmine stipatus, procuratorio nomine in sectariorum Vyclephistice heresis defensionis auxilium et ad captandum Regni predicti possessionem ingressus fuisset, que tanto nostra durius afflixere precordia, quanto amplius tantum principem christiani regis titulo insignitum narrantis premissis tam imperia et puritati Katholice fidei tam adversa dedecuissent, verum ex denuo oratorum vestrorum hic in Norrumbarg expositis et intellectibus relatibus Serenitatem Vestram sincerissimis affectibus deprecantes hortamur in domino, quatenus iuxta sapienciam, quam omnium largitor bonorum in corde vestro pectoris vigere reconcessit, Eadem Vestra Serenitas verum ordinem, statumque, qualitatem diligentis oculo consideracionis perpendat,

cur etenim ex gentilitatis rubigine ad fidei lumen
preclarum Serenitas Vestra enotavit, nonne ad
fidei religionem non solum tenendam aut foven=
dam, sed et tocius potencie vestre virtutem
tuendam, nonne ad hec tam baptismalis quam
regalis titulus vestram claritatem perstringunt
certe nulle maiores divicie, nulli thesauri, nulli
honores, nulla maior superbia mundi, quam fidei
christiane vn̄ ad omnia post eius religionem po=
nenda, cui [illegible] eciam vetusta potentissimaque
non dubitaverant subservire imperia, ita se huma=
narum rerum curam bene gerere existimancia,
si divine potencie bene et constanter famulate
fuissent, Quidnam proderit homini, non tam reg=
num terre sed et totum mundi animo lucrari dis=
pendio, Et si vestra celsitudo oblaciones heresum
sorde fedatas refutaverat verbo, refutet quesumus
et opere, refutet affectum, et tam vestra ac du=
cis Wytoldi arma universa in extirpacionem here=
sum et exaltacionem fidei convertatis. Hoc autem
digne, recteque fieri existimamus, si prefatum du=
cem Sigismundum cum suis ad sua mox reddire non
tam revocet, sed compellat, proceres quoque et subditos

dicioni vestre subiectos animi adversione precedat,
quod eciam per Vestram Serenitatem in effugio fieri
summis affectibus deprecamur. Hoc etenim christia-
ne fidei zelus deposcit q̃ vestrorum flores aut folia
in testimonium v̄m̄ non suscipit operum flore
veritatem inquirit ac attēm temptacione ut deus
vos probare disposuit, quantum assumpte sue fidei
religionem pre terrenorum regnorum diviciis dili-
gatis q̃ Ecclesiam que ex persecucionibus floret,
oppressionibus crescit contentibus proficit etiam
aliis nullis modis si vos [illegible] minus diligentem in
hoc conspexerit, absque vestra ope et per conse-
quens mercedis retribucionem, q̃m̄ gloriose con-
sequendam nunc in vestra posuit voluntate po-
terit liberare, per hoc quoque ex hac maẗia quam
multipliciter acc̄oz obloquendi smacuum labia com-
primentur et illustrabitur eminencia fame vestre.
Percepimus insuper, qualiter Serenitas Vestra una
cum duce Vitoldo adversus venerabilem Magistrum
et voras ordinis Sancte Marie Theutunicorum arma
moveri, qui tamen treugas vobiscum parati fuere
suscipere sacrosancte Ecclesie Romane ac sacri
Romani Imperii auctoritatibus dumtaxat exceptis

Arbitramur aut idipsum aut non minora quam su=
pradictam Bohemie mām, si processerit, scandala
generare. Quid enim est aliud in effectum Prussiam
invadere, quam eos quorum auxilio hereses essent ex=
terminande, ne ad hoc suffragari valeant, impedire
et quidnam est illorum sanguinem fundere, nisi
prefatas hereses defensare. Proinde omnibus modo,
fortuna et attencione qua supra, hortamur, requiri=
mus et rogamus, quatenus in casu, quo ingressio
huiusmodi ceperit, Dei et nostri contemplacione
exercitus retrahantur et cessent, si non ceperint,
retineantur ne fiant, et treugas in ultram con=
vencionem inter Serenitatem Vestram, Magistrum
et ordinem supradictos concordatas et conventas
inhire et acceptare placeat, nec q̄co recusare, q̄
Magister et ordo prelibati sacrosancte Romane ac
sacri Imperii mandatum et auctoritatem volunt exci=
communi mere (iure)
pere, cum ad hoc comi me fidelitatis, subieccione
pariter et institucione sui ordinis astricti teneantur.
Illas eciam treugas Magistrum et ordinem prefatos
speramus accepturos, quos et nos ad illas ineundas
ut eum liberius orthodoxe fidei sub nomine haut
mutavimus seriosius scriptis nostris quamvis autem
desiderii nostri sit inore more pericula per hec nostra

vere
scripta preambula precanter nostre tamen intencio:
nis existit ad honorem et defensionem Katholice fi:
dei perlamenta, presenti dei favente clemencia cum
salute peracto solemnem ambasiatam nostram ad
Serenitatem Vestram et prefatos Magistrum et
ordinem destinare desiderio reformande pacis
huic enim aliisque populi christiani rebus sa:
lutaribus pertractandis cupienter ut in hiis qui
ad pacem sunt ac Katholice fidei conservacionem
proteccionemque respiciunt regalis clemencia
sic se inclinatam exhibeat, quod Christi sponsa
immaculata sine ruga sancte m̃re Ecclesia ex
reformata inter vos et dictum ordinem deo grata
pacis capiat succrementum, ne si quod longe ab:
sit, secus eveniat et non nisi Christi pugiles
sacri baptismatis (caracte) caractere insignitos
catervatim ruere, fideliumque sangwinem sevo
consumere mucrone et effundi et exinde obstina:
tam hereticorum perfidiam roborari adaugerique
contingat, sic quod vobis ḡat imputare in hiis
itaque Vestra Serenitas hortamentis nostris exora:
bitur condescendens erga deum et totum mundum
copiosus laudem et gloriam cumulabit, nosque faciet

ad universa, que status vestri augumenta felicia concernunt, intensioribus desideriis aspirare. Datum in Norymbarg xxvj die mensis Julii Anno M°CCCC° vicesimo ij°, Nostris Cunradi Maguntinensis et Othonis Archiepiscoporum Lodomirij Comitis pallatin. etc. sub secretis.

Mser. Chodyn.

fol. 73 vers – 74 verso

Morum T. II P. I p. 53

Judicium terrestre Sandomiriense metas granitiales inter civitatem Woynicz et villam Zakrzow confirmat.

Visliciae, Anno 1423, die 16 mensis Augusti.

Nos Petrus de Falkow iudex et Zavissius de Oleschnycza subiudex terrae Sandomiriensis generales notum facimus universis tam praesentibus quam futuris, quibus expedit literam praesentem: quomodo veniens nobilis Petrus de Zakrzow stetit coram Judicio sicut est citatus, sicut ipsum citavit Illustris Princeps Fiedko Capitaneus Voyniciensis cum Consulibus Voynicensibus citati sunt nobilem Petrum haeredem de Zakrzow ex mandato domini Regis et hoc pro eo, ut poneret literas graniciei alias Graniczne inter civitatem Woynicz et inter villas eius Zakrzow. Qui Petrus dixit domino Regi, se habere literas granicierum, et dominus Rex mandavit eas ponere coram hiisdem dominis, qui erant in Wyslycza, et praedictus

Petrus coram judicio et coram praedictis dominis posuit literam graniciensem tunc sicut auditi sumus literam graniciensem, tum judex dixit capitaneo: quid ad istam literam graniciensem dicis, hoc audis literam graniciensem, et capitaneus condictamen faciens cum consulibus et civibus de Woynycz capitaneus cum hiisdem civibus dixit: ista litera bona est et per hoc locum volumus tenere ut litera graniciei canit, et domini manserunt Petrum penes roborationem praedictae literae, quod debet teneri in perpetuum, ut eius litera graniciei canit, et Petrus posuit memoriale, et praedictus Petrus petivit, ut literam iudicialem darem sicut eius litera graniciei canit. Tum index requisivit dominos videlicet dominum Johannem palatinum Cracoviensem, Nicolaum Sandomiriensem, Janussium Siradiensem palatinum Michaelem palatinum (castellanum) Sandomiriensem, Florianum Wysliciensem et Jasconem Czechoviensem; tunc domini fecerunt iudici et subiudici, ut darent literam iudicialem Petro, prout eius litera graniciei canit, quia isti domini ex mandato domini Regis erant

additi alias przidani ad audiendum praedictam literam graniciei, quae quidem litera testabatur, granicies per viam Byadolinska et per Meszhne blotho et per Czyzowsky et per Przekopi et per Simna Woda et per Kamyenecz et per przepaszcz. Harum quibus in testimonium nostra praesentibus sigilla sunt appensa. Datum in Wyslycza, feria secunda proxima post festum Assumptionis Beatae Mariae Virginis, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo vigesimo tertio, Praesentibus hiis dominis nobilibus ac validis Johanne Cracoviensi, Nicolao Sandomiriensi, Janussio Siradiensi, Michaele palatino Sandomiriensi, Floriano Wysliciensi et Jascone Czechoviensi castellanis et aliis testibus fide dignis.

(Ex transsumpto Stanislai de Kazanow succamerarii Lublinensis ac Judicis et Raphaelis de Goluchow Subiudicis terrae Sandomiriensis generalis dato in Wyslicza feria secunda in vigilia Omnium Sanctorum A. D. 1513 – ad Acta castrensia capitanealia Sandomiriensia feria 3a in crastino festi Assumptionis B. Mariae V. 1611 oblato, – et in actis terrestr. Cracov. d. 2 Octobr. 1680.)

Wladislaus (Jagiełło) rex Poloniae Nicolao de Michałów palatino sandomiriensi capitaneo cracoviensi mandat, ne in tabernis per spatium medii miliaris a civitate Wieliczka sitis, in praejudicium ejusdem civitatis potus propinare permittat.

In Nova civitate (Korczyn), anno 1423, die 28 mensis Augusti.

Wladislaus dei gratia rex Poloniae, Lytwaniaeque princeps supremus et haeres Russiae: Significamus tenore praesentium quibus expedit universis, quomodo per providos consules de Wyelyczka sumus informati, qualiter nonnullae tabernae magis quam per unius medii miliaris spatium essent ipsi propinquae civitati: quae etiam per longam distantiam a stratis publicis sunt situatae in praejudicium et damnum non modicum civitatis ejusdem et contra ipsorum tenorem litterarum quibus a rege Cazimiro antecessore nostro sunt fulciti: quibus etiam nostro conspectui praesentatis et illarum intellecto tenore, comperimus qualiter ejusdem antecessoris nostri fuerat decretum, quod omnes tabernae non nisi in unius medii miliaris spatio a civitate praefata locare debuerunt. Quare incolas civitatis ejusdem penes hunc nostri antecessoris

decretum volentes conservare: tibi magnifico Nicolao de
Mychalow palatino sandomiriensi, vel qui pro tempore
fuerit capitaneo cracoviensi mandamus, quatenus omnes
et singulos tabernatores sic ut praemittitur, in loco
propinquiori ipsius civitatis habitantes quam expres=
sum est, hijs solummodo demptis, qui a retroactis
temporibus in stratis publicis suas tabernas loca=
vere, a cujuslibet potus propinatione faciar nomi=
ne et auctoritate nostra abstinere, quoniam incolas
civitatis memoratae hoc praescripto nostri ante=
cessoris decreto gaudere volumus perpetue et in
evum. Harum quibus sigillum nostrum appensum
est testimonio litterarum. Datum in Nova civita=
te Sabbato proximo ante festum decollationis Sancti
Johannis, Anno domini Millesimo quadringentesi=
mo vicesimo tertio. — Ad relationem venerabilis
domini Jo: decani cracoviensis R. P. cancel=
larii.

(Ex manuscripto codice Privilegiorum
civitatis Wieliczka per Florianum
Lovicensem notarium a. 1552 exa=
rato, pag. 200-203)

Francko de Wróblowice haereditatem suam paternam in villa Wróblowice fratribus suis Joanni et Nicolao vendit.

Cracoviae, ~~[illegible]~~ anno 1423 die 2. mensis Novembris.

Nos Paulus de Bogumilowicze judex et Jacobus de Boturzyn subjudex terrae cracoviensis generales notum facimus quibus expedit universis praesentium notitiam habituris: quod in judicio terrestri nostro cracoviensi coram certis camerariis judicialibus nostris constitutus personaliter nobilis vir Franczko haeres de Wroblowicze sanus mente et corpore existens non compulsus nec coactus sed de bona ejus voluntate totam partem haereditatem suam paternam ibidem in Wroblowicze cum omni jure, dominio utilitatibus fructibus, redditibus, proventibus, incolis, censibus, areis, aedificiis, domibus, tabernis, molendinis, hortis, agris, campis, pratis, pascuis, lacubus, piscinis, aqvis, fluviis, sylvis, borris, mericis, mellificiis, gajis, rubetis et universis pertinentiis, nihil pro se juris vel utilitatis ibidem

reservando, pro quadringentis marcis mediorum grosso-
rum monetae cracoviensis numeri polonicalis consveti
nobilibus Joanni et Nicolao fratribus suis ibidem
de Wroblowicze in totum vendidit et judicialiter in per-
petuum resignavit tenendam, habendam, utifruendam,
possidendam, commutandam, vendendam, donandam et
in usus suos beneplacitos libere convertendam, pro-
mittens ipsos Joannem et Nicolaum occasione prae-
missorum ab omnibus impedimentis atque damnis jux-
ta consvetudinem terrestrem cracoviensem ubilibet re-
levare. In cujus rei testimonium sigilla nostra prae-
sentibus sunt appensa. Actum et datum in Cracovia
feria tertia in crastino omnium Sanctorum Anno
Domini Millesimo quadringentesimo vigesimo tertio.
Praesentibus nobilibus his testibus, Joanne Gamrath
capitaneo bandzinensi, Nicolao de Sbigniew, Petro de
Chelm, Joanne Coskuszek de Cikow, Stanislao de
Mloszowa, Joanne de Nowawies haeredibus pluri-
busque aliis fide dignis.

Transsumpt u Augustian. w Krakowie

p2682

Conf. Sigism. Aug. Petricoviae 27 Febr. 1563. № II

1424

Magister de Rodis insula scribit domino Regi Polonie Wladislao secundo.

Serenissime et excelse princeps domine mi Rex. Considerantes quod satis longa narracione Venerabiles Officiales Terre Sancte scribunt vestre Regie maiestati re͡puan͡ eo͘dem casum horribilem qui nuper ocurrerit in partibus memoratis dimissa narracione supplicacioni instabimus. Quia enim nos cum Serenissimo domino Jano Rege Jerusalem et Cipri procuratores dictarum fuimus ecclesiarum et accedente illorum Christianorum Terre Sancte persecucione Juxta nostram possibilitatem ei solvemus non parcendo laboribus neque impensis, verum cum nuper gravamina infidelium in dictos Christianos crebrescent, pro

quibus habito consilio mittere aliquas sacra=
tissimas reliquias alicui Regalium principum
decreverunt pro auxilio superinde reputando
impetrando Nos a quo eciam licenciam postu=
larunt, scientes Vestram Regiam Maiestatem
religione ac devocione ceteros dominos antece=
dere, consuluimus et persvasimus Officialibus
memoratis, ut dictas reliquias offerrent, gau=
dentes plurimum illas ad vestram patriam
deportare, ubi potuerint maiori fide ac reve=
rencia honorari, licet a quampluribus fuisset
instantissime quesitatum illos ad quosdam alios
Christianos, quorum progenitores illa loca dicta
magnis favoribus ampliarunt. Quam ob rem debi=
tores fuimus aliquid Vestre Maiestati describere super=
inde per immensam clemenciam divine misericor=
die, supplicantes ut velit in tanto muneris conside=
rare regia excellencia, quanto pre ceteris principi=
bus honoratur, quanto divine illustracionis deco=
ratur et quanta apud cunctum populum christia=
num fama et gloria decorabitur. Igitur adaperiat
aures clemencie vestre regalis munificencie et in

Terre Sancte subsidium liberalibus precordiis pro:
deat, sicut per nuntium predictorum Magistrum
Marcellum vestrum scientia clarum et morum
honestate perspicuum Nuncium Officialium pre:
dictorum ad Vestram Serenitatem destinatum se:
riosius exponetur. Offerimus enim nos promptos
et paratos ad singula mandata Vestre Serenitati
et totam religionem nostram cui licet indignus
presidemus. Datum apud insulam nostram Ro:
di Callocensis diocesis, die xl mensis Novem:
bris, Anno domini Millesimo CCCC° vicesimo
quarto zc.

niema

Paulus de Bogumilowice et Jacobus de Bolthurzyn judices terrae cracoviensis recognoscunt, Joannem et Nicolaum de Wroblowice fratres uterinos tabernam in villa Wroblowice Dobeslao de Jezow vendidisse.

Cracoviae, Anno 1424, die 9. mensis Octobris.

Nos Paulus de Bogumilowicze judex et Jacobus de Bothurzyn subjudex terrae cracoviensis generales notum facimus quibus expedit universis praesentibus et futuris notitiam praesentium habituris, quod in judicio terrestri nostro cracoviensi coram certis camerariis nostris judicialibus constituti personaliter nobiles viri Joannes et Nicolaus fratres uterini haeredes de Wroblowicze sani mentibus et corporibus existentes non compulsi nec coacti, sed de bona eorum voluntate totam tabernam suam dictam lecarthowi circa fluvium Wilga jacentem cum omni jure, dominio, utilitatibus, fructibus, redditibus, proventibus, censibus, agris, campis, pratis, pascuis, gaijs, rubetis et uni=

versis pertinentiis nihil pro se juris vel utilitatis ibidem reservando pro sexaginta marcis mediorum grossorum monetae cracoviensis numeri polonicalis consveti strenuo ac nobili viro Dobeslao haeredi de Jezow in totum vendiderunt et judicialiter in perpetuum resignaverunt tenendam, habendam, utifruendam, possidendam, levandam, percipiendam, vendendam, commutandam, donandam, alienandam, et in usus suos beneplacitos libere convertendam; promittentes ipsum Dobeslaum occasione praemissorum ab omnibus impedimentis atque damnis ubilibet relevare juxta consvetudinem terrestrem cracoviensem. In cujus rei testimonium sigilla praesentibus nostra suntappensa. Actum et datum in Cracovia feria secunda proxima post diem sancti Francisci Anno Domini Millesimo quadringentesimo vigesimo quarto. Praesentibus nobilibus his testibus Predborio de Koniecpole, Jascone de Luczyce, Prandota de Raciborzana, Petro de Kosoczyce, Zegota de Gregorzewice, Joanne de Seciechowice haeredibus pluribusque aliis fide dignis.

Transsumpt u Augustian. w Krakowie

Wladislaus (Jagiełło) rex Poloniae assignando dotem ecclesiae parochiali in Koropiec villam Dalejowa (Delawa) donat, eandemque villam in jus theutonicum transfert.

Druk Akta grod. T. VII pag 72 Nr 37

(Delawa)

Dziś nie ma Kosiuta.

In Drohobycz, anno 1427, die 8 mensis Julii.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quia tunc multis errorum et dubiorum prudenter occurrimus incomodis dum gesta etatis nostre literarum apicibus et testium annotacione perhennamus, Proinde Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie nec non Terrarum Cracowie, Sandomirie, Siradie Lancicie Cuyawie Litwaniequе Princeps Supremus Pomeranie, Russieque dominus et heres, Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris. Quomodo zelo deuocionis accensi cupientes diem extremi Judicij pietatis operibus preuenire, et ut Ecclesia perrochialis in Kropiecz Collacionis nostre in honorem Omnipotentis Dei et Sanctorum Nicolai episcopi et confessoris ac Katherine virginis fundata, certis sit dotata stipendijs, quod Rectores in ea

pro tempore existentes nostris suffulti presidijs Creatoris nostri clementiam pro Nostra et Incliti Nati nostri carissimi domini Wladislai nobis dono dei dati, salute, eo attencius valeant exorare, et inibi cultum diuinum augere, et pertractare sollicite et constanter, Peticionibus itaque deuoti Nicolai eiusdem ecclesie plebani, acclinati, sibi et ecclesie sue predicte in Kropiecz de innate nobis celsitudinis clemencia villam Dijalowa in Terra Russie et eodem districtu Kropiecensi sitam, Nec non decimam metretam brazei et cuiuslibet grani de Molendino Kropiecensi nobis prouenientem dicte ecclesie annexa ab antiquo, ac eciam decimas manipulares cuiuslibet grani post omnes et singulos agros et araturas allodiorum et curiarum nostrarum ibidem in Kropiecz pro tunc erectarum, Item annonas Missalium alias Meschne in dicto opido Kropiecz et ubivis locorum de quolibet laneo per quemcumque possesso in jure thewtunico per unam siliginis et aliam auene mensuras siue truncos Klodi dictos, damus inscribimus annectimus et donamus donacione perpetua irreuocabili et in euum, per ipsum Nicolaum plebanum et eius successores memoratam villam Dalijowa cum omnibus et singulis eiusdem ville utilitatibus, fructibus, censibus redditibus, prouentibus, agris, agriculturis pratis Suchdol campis Tupali dictis, pascuis, siluis,

mericis, gaijs nemoribus, rubetis, sareptis, mellificijs venacionibus aucupacionibus stangnis, lacubus, paludibus, piscinis, piscaturis fluuiis rivis, torrentibus, aquis earumque decursibus molendinis et emolimentis, ipsorum attinencijs, pertinencijs, coherencijs, appendiis, obuencionibus et vsibus vniversis qui modo ibidem sunt et imposterum per ipsum plebanum et ipsius successores augeri possunt quoquomodo et disponi, Nichil pro nobis et nostris successoribus juris proprietatis et dominij in eadem villa penitus reseruantes, ac decimam metretam de molendino, decimas manipulares et annonas missalium superius descripta tenebunt, habebunt vtifruent, tollent, percipient et pacifice possidebunt temporibus perpetuis affuturis. Volentes autem ut dicta villa Dalijowa conuocacione hominum condicionem recipere valeat prompciorem, ipsam prout in suis metis et limitibus longe late et circumferencialiter ab antiquo limitata existit et distincta, de jure polonico, ruthenico et quovis alio in jus theowtunicum quod Maydburgense dicitur transferimus perpetuo duraturum, remouentes ibidem omnia jura polonicalia ruthenicalia et queuis alia modos et consvetudines universas que plerumque ipsius jus theowtunicum consueverunt perturbare. Eximimus insuper absolvimus et perpetuo liberamus scultetum

nec non et omnes et singulos Kmethones thabernato=
res et quosvis dicte ville incolas ab omni jurisdi=
cione et potestate omnium Regni nostri palatinorum
castellanorum capitaneorum, judicum, subjudicum
Woyewodarum et quorumvis officialium et minis=
terialium eorundem, ut coram ipsis aut ipsorum ali=
quo pro causis tam magnis quam parvis puta furti
incendii, sangvinis P. . . . . membrorum muthilacio=
nis et quibus enormibus excessibus citati minime
respondebunt nec aliquas penas soluere teneantur,
Sed tantum dicte ville Kmethones, tabernatores et
quivis incole coram suo sculteto qui fuerit pro
tempore, scultetus vero coram prenominato Ni=
colao plebano vel procuratore suo aut coram No=
bis vel judicio nostro generali tum tamen per
nostram litteram nostro sigillo sigillatam idem
plebanus evocatus fuerit et citatus et hoc si
in reddenda justicia negligens fuerit et remissus,
Tunc non aliter quam suo jure thewtunico de se
querulantibus respondere sit astrictus, In cau=
sis autem criminalibus et capitalibus superius
expressatis memorate ville sculteto in metis
et granicijs, judicandi sentenciandi, puniendi,
corrigendi plectendi et condempnandi plenam da=
mus et omnimodam tenore presencium concedimus
facultatem, prout hoc ipsum dictum Jus thew=
tunicum in omnibus suis punctis, sentencijs,

condicionibus articulis et clausulis postulat et requirit. Harum quibus sigillum nostrum appen=sum est testimonio litterarum. Actum in Dro=hobicz infra octauas Visitacionis Sancte Marie feria tercia, Anno domini Millesimo Quadringen=tesimo vigesimo septimo, Presentibus strenuis et nobilibus Floriano de Corithnicza castellano wisliciensi, Alberto Malskij lanciciensi et Sche=liga siradiensi subcamerarijs, Mansziicone de Dambrowa mense regie subpincerne generali, Lau=rencio Zaramba regni nostri marschalko et Vincencio Swidwicz de Schamotuli, multisque alijs fide dignis. Datum per manus venerabi=lium Johannis decani cracouiensis, Regni Polo=nie cancellarij et Stanislai Czolek eiusdem Regni Polonie vicecancellarij sincere nobis dilec=torum.

Ad relacionem predictorum Cancellarij et vicecancellarij per Lyassotham de Sdzechow canonicum sandomirien=sem confessorem regalem.

(Oryginał na pergaminie. – Pieczęć mniej-
sza koronna wytłoczona na wosku
czerwonym w powłoce żółto woskowej
wisząca na sznurku amarantowym,
wyobraża tarczę herbową na której
w 4 polach herby Polski, Litwy, Zie-
mi Kaliskiej i Kujawskiej; w górze
mała tarcza z krzyżem podwójnym.
Napis gotycki dokoła: s. wladis-
lai dei gra. reg. polonie litwanie-
q. pncs. supm. hes. russie.)

(Własność Felixa Chlibkiewicza w Rusiach)

([illegible])

Judicium terrestre sandomiriense notificat Nicolaum de Gołębiow uxori suae Elisabethae ratione dotis 150 marcas super medietate villarum Zaduszniki et Gołębiow reformasse.

Sandomiriae, anno 1427, die 20 mensis Decembris.

Nos Johannes de Sprowa Judex et Johanes de Konin Subiudex terre Sandomiriensis generales protestam[2] universis quibus expedit presencium per tenorem. Quod vivente domino Zawissio de Oleschnicza subjudice terre predicte Quia Nobilis Nicolaus de Galambyow heres coram iudicio terrestri comparendo personaliter sanus mente pariter et corpore existens recognouit super medietate ville dicte Zadusznyky et super medietate sue porcionis quam habet in Golambyow cum omni iure et dominio et cum utilitatibus vniversis quibuscunque dicant[2] nonulis nichil excludendo generose domine Elisabeth sue consorti dilecte centum et quinquaginta marcas dotis

et totidem dotalicij dedit donauit indicauit et as=
signauit tenere habere more aliorum dotaliciorum
in talibus obseruato. Harum quibus in testimo=
nium literarum sigilla nostra presentibus sunt
appensa. Datum Sandomirie feria sexta post fes=
tum sancte Lucie Anno domini Millesimo Quad=
ringentesimo vicesimo septimo presentibus
hijs dominis Petro de Tilkowicze Johanne de
Ostrow Jacobo de Czirnkow Jaszkone de Mil=
kow, Mirzone de ibidem ac alijs multis
fide dignis.

(Oryginał na pergaminie przy nim 2 pieczę=
cie małe herbowe z żółtego wosku wiszące
na tasmach pergaminowych. Na pierwszej
w tarczy herb Odrowąż i napis gotycki dokoła:
* Si. iohannis. de. sprowa. iudicis...... ; na
drugiej w tarczy herb Łabędź i dokoła napis
gotycki: S. Johannis de Konin......)

(Własność p. Feli~~xa Chlebkiewicza~~cyana Łaskowskiego we Lwowie)

et eisdem litteris [illegible]
appareat [illegible] habere [illegible]
in talibus observari [illegible]
nium litterarum sigillum nostrum [illegible]
apponi. Datum [illegible]
tum [illegible] Anno domini millesimo [illegible]
quingentesimo vicesimo septimo [illegible]
bus dominis Petro de Villeneuve [illegible]
[illegible] Jacobo de [illegible]
[illegible] de ibidem ac aliis [illegible]
fide dignis.

[illegible]

Spytko de Tarnow dominus Jarostaviae inscriptionem villae Świętoniowa monasterio przeworscensi Miechovitarum confirmat, dislimitationemque fundorum supradictae villae facit.

Jarostaviae anno 1428 diebus 16–22 mensis Septembris

na Kielsk.
Miechovia
pag 427

112 większy

In nomine Domini Amen. Adperpetuam rei memoriam. Nos Spytko de Tarnow

Serenissime princeps frater et consangvinee pre=
carissime. Vestre non ambigimus conferre Sereni=
tati, qualiter perfidi Bohemorum heretici a trami=
te orthodoxe fidei in varias nephandas raciones
heu dampnabiliter sunt prolapsi, nomenque chris=
tianum extingvere molliuntur, prout expergẽtia
teste fere in toto Regno Bohemie et in locis con=
finiatis loca pia et religiosa vastaverunt, eccle=
siasticasque et seculares personas, sexui non parcen=
tes aut etati, immaniter trucidaverunt, hiisque ad=
huc non contenti, sed instigante dyabolo maliciam
suam dierum ampliare, fimbriasque suas fidei

dierum ?

Katholice et sancte Romane Ecclesie detrimentum non modicum et gravem conantur extendere. Et quia Serenissime principes (sic) Sigismundus et Fredricus duces Litphanie se eisdem perfidis hereticis coniunxerunt, seque in certis opidis finitimis Marchionatus nostri Moravie denuo locaverunt sperantes vestros subditos terrigenas, prout relacione veridica didicimus, ibidem ad ipsos venturos, ipsisque et hereticis predictis contra nos, aliosque Christicolas auxilium prestituros, et cum sitis fidei christiane zelator intimus dicteque Romane Ecclesie membrum nobile et princeps fidelis adversus quam dicti heretici militant incessanter: ideo dicte V. S. supplicamus omni fiducia et affectu, quatenus homines vestros prohibere libeat affective, ne in dampnum et periculum tocius Christianitatis se ducibus prefatis aut compliciibus ipsorum coniungant seu ipsos contra nos aut alios Christi fideles auxilium prestent quovis modo. Ob hec princeps S. ab omnium bonorum conditore remuneracionem recipietis, totique Christianitati

ac nobis consolacionem acceptissimam pariter et auxilium favoris omni conatu reminiscendum.
Datum....

mscr. Chodynsk.
fol. 33.

Spytko de Tarnow dominus Jaroslaviae monasterio przeworscensi Miechovitarum quatuor piscinarum et unius lanei in villa Gorliczyna possesionem confirmat.

Gorliczynae anno 1429 die 22 mensis Aprilis

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Spytko de Tarnow

Nakielski Miechovia pag 441

56 wa/37

Janus dei gracia Jerusalem et Cipri Rex scribit domino Regi Polonie.

Illustrissime et excelse princeps domine ma-
ior et frater inclite. Satis et multum dudum
satis et multum dudum cum ad nostram frequen-
ter devenisset noticiam, ~~quod~~ quantis qualibus-
que virtutum oraculis vestram sumus ops
decoravit regiam dignitatem, totis conatibus an-
helamus in vestre amicicie necessitudinem (vicis- nccitudinem
situdinem) devenire. Si quando fata ex superis
comodum et facultatem nostris optatibus contri-
buerint, ut tanto ingenti spacio remotos aliqua
causa contingerit opportuna, audiveramus namque
vestram excellenciam regiam ad sancti sepulcri

limina navigaturam quam galleis et navibus
et maxima ex regno nostro navali classe honora=
turam sperantes, iuxta condecenciam Vestre Regie
Maiestatis volebamus summo cum desiderio
vobis letissime obviari atque occurrere. Sed cum
ad has partes vidimus Illustrissimum fratrem
nostrum dominum Henricum Daciē Regem
adventurum, frustratos nos esse desiderio nos=
tro persensimus. Verum quia nuper de [illegible]
nostro mandato pro execucione Apostolice
Bulle in subsidium Terre Sancte emanate
cum quibusdam sacratissimis reliquiis ad pre=
sentiam V. S. preclarus et honorandus Artium
liberalium et Sacre Theologie doctor dominus
magister Marcellus confessor et secretarius
noster, in partibus Jerosolimitanis Sedis Apos=
tolice Cōmissarius, destinatur, statuimus pro
nostri desiderij execucione ipsum ad Vestram
Illustritatem cum deportacione Ambasiate nos=
tre constituere nostrum Oratorem, quem grato
suscipientes favore audire dignemini ĩn hiis,

que nostri parte publice et oculte referendum Vestre Maiestati cui universa que dixerit requirend) secure et fideliter propallare poteritis, Scientes nos totis precordijs paratos esse et intentos ad omnia que Vestre Excellencie grata fore sciverimus pariter et accepta. Datum Nychoszije Lipri, die secundo Januarij, Millesimo CCCC°xxxij.

Mon. I. II P. I p. 72.

mfr. Chodyn.
fol. 7 verso

Vladislaus Jagiełło rex Poloniae Nicolao de Stadniki villas regales Gawlow et Grobla ad vitae tempus possidendas confert.

In Konin, anno 1433 die 27 mensis Junii.

Wladislaus Dei gratia rex Poloniae, Litwaniaeque princeps supremus et haeres Russiae etc. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis: Quomodo inspectis et diligenter consideratis strenui Nicolai de Stadniky camerarii Cracoviensis fidelis nostri dilecti fidelibus obsequiis et purae fidei meritis nobis ab aevo suae floridae juventutis impensis et in futurum aucto fidelitatis studio uberius impendendis: harum contemplatione volentes eum gratia prosequi speciali ac ad nostra servitia de prompto reddere promptiorem ipsi villas nostras Gawlow quam in certis pecuniis a nobis tenet obligatam et Grobla in terra Cracoviensi et in districtu Nepolomicensi sitas, cum omni jure et dominio dedimus et donavimus ad tempora vitae suae donamusque damus et inscribimus et largimur tenore praesentium

mediante per ipsum cum omnibus et singulis earum censibus, fructibus, redditibus, agris, pratis, campis silvis, nemoribus, mellificiis, quercetis, piscaturis, piscinis, molendinis, fluminibus, aquis earumque decursibus, aliis usufructibus, obventionibus, coherentiis, et appendiis universis ad easdem villas ab antiquo pertinentibus quibuscunque censeantur nominibus tenendas, habendas usque ad vitae suae terminum ultimum et extremum pacifice et quiete possidendas; Salvis tamen feno et laboribus de eisdem villis nobis praestari solitis, quae pro nobis et nostris successoribus reservamus. Postquam autem praefatus Nicolaus ab hac luce decesserit, extunc solutis proximioribus suis hujusmodi pecuniis, sibi, ut praemittitur inscriptis, et prout in aliis nostris literis, ad quas nos referimus continetur, praefatae villae ad nos et nostros successores revertentur et redibunt pleno jure. Volumus autem quod praefatus Nicolaus silvas nostras custodire, defendere et tueri interim quousque eas tenebit sit astrictus. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Datum in Konin, sabbato proximo post festum sancti Johannis Baptistae, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo tricesimo tertio.

(Oblatum sabbato post fest. S. Nicolai 1448 per gen. Nicolaum Stadnicki ad acta castr. cracov. Lib. inscript. terrestr. castr. cracov. Tom 7)

Wladislaus (Jagiełło) Rex Poloniae Michaeli de Wapow 70 marcas monetae polonicalis super villa Konikowce in districtu Premisliensi inscribit.

In Sanok, Anno 1433, die 28 mensis Octobris.

Wladislaus Dei gratia Rex Poloniae, Lithwaniaeque Princeps supremus et haeres Russiae etc. significamus tenore praesentium quibus expedit universis: quomodo attentis gratae fidelitatis obsequiis, quibus celsitudini nostrae nobilis et strenuus Michael de Wapow complacuit et aucto fidelitatis studio plus poterit complacere in futurum, horum itaque intuitu volentes ipsum reddere consolatum sibi Quadraginta quas nobis concessit, et Triginta marcas pro equis quos apud ipsum recepimus, ita tamen quod erunt insimul Septuaginta marcae numeri et ponderis polonicalium in et super villa nostra Conijkowce in Terris Russiae et districtu Przemisliensi sita damus, donamus et inscribimus tenore praesentium mediante, per ipsum Michaelem cum omnibus et singulis utilitatibus, proventibus, juribus, dominiis et appendiis universis ad praedictam villam quomodolibet ab antiquo

spectantibus tenendam, habendam pacifice et quiete possi=
dendam tamdiu quousque per nos aut nostros successores
sibi aut ipsius posteris praedictae Septuaginta marcae fue=
rint plenarie persolutae; quibus solutis praedictae villae
possessio ad nos revertetur pleno iure Stationibus nostris
regalibus et Juribus semper salvis. Harum quibus sigillum
nostrum praesentibus est appensum. Datum in Sanok,
feria quarta ipso die Apostolorum Symonis et Judae, An=
no Domini Millesimo Quadringentesimo Tricesimo ter=
tio.

Relatio Magnifici Johannis
de Conyeczpole.

(In dorso:)
Lectum in Leopoli per Albertum de Zichlin R. P.
Vicecancellarium.

(Oryginał na pergaminie - pieczęć oderwana,
pozostała tylko z niej taśma pergaminowa -
W zbiorze Antoniego Ryszarda - Zacyńskie=
go w Krakowie r. 1888.)

Coctores salis in Wieliczka nomine fraternita-
tis ipsorum ~~[illegible]~~ Mathiae altaristae
noviter per eosdem erecti altaris in Wie-
liczka, censum annuum coram ju-
dicio advocatiali inscribunt.

In Wieliczka, anno 1434, die 3. mensis Januarii.

In nomine domini Amen. Nos Dobeslaus Viceaduocatus Weliciensis una cum Juratis eiusdem Ciuitatis videlicet Floriano sectore Johanne Pistorek, Johanne Czolek, Benedicto Maldrzik, Matthis Stalmach, Stephano quondam vitrico ecclesie Martino sutore Ex iudicio bannito quibus expedit universis publice profitemur, Quod cum de Anno domini Millesimo Quadringentesimo Tricesimo quarto feria secunda infra octauas Epiphanie Domini Judicium bannitum celebrauimus in nostra ciuitate: ex tunc in eodem Judicio bannito prouidi viri Michael Jagelka et Mathias Pyoro Seniores fraternitatis Coctorum salis cum alijs fratribus ipsorum fraternitatis personaliter constituti sani mente et corpore non coacti nec compulsi nec aliquo dolo fraudis circumventi sed de mera ipsorum voluntate spontanea ac ma-

turo consilio omnium fratrum dicte ipsorum fraternitatis in remedium salutis animarum suarum ac predecessorum Coctorum salis fratrum ac sororum fraternitatis ipsorum ordinaverunt ac disposuerunt censum octo marcarum communis pecunie de bonis sue fraternitatis presbytero ipsorum qui tres missas circa eorum altare noue erreccionis pro redimendis pecatis ac salute ipsorum legerit per ipsos assignatas ac comissas et per dominum Georgium antiquum consulem tutorem ipsorum dictas octo marcas honorabili domino Mathie Arcium Baccalario rectori scole presbytero ipsorum ita ut premissum est ultronea voluntate sano ac maturo consilio omnium fratrum fraternitatis eorum praehabito ad vitam ipsius singulis annis percipiendas legaverunt ac dederunt propter deum, sic quod dictus dominus Mathias premissus presbyter eorum habebit ad singula Quatuor tempora sigillatim duas marcas ab ipsis Coctoribus salis in Weliczka siue ab eorum fraternitate percipiendas. Insuper prefatus dominus Georgius de mera voluntate ac sano consilio suo suorumque amicorum pretacto domino Mathie Arcium Baccalario presbytero Coctorum salis unam marcam annuati census ad tempora vite eius delegauit atque dedit. Ita quod ad singula Quatuor tempora prenominatus do-

minus Mathias a domino Georgio per sex grossos debe=
bit recipere mediam autem marcam de hereditate siue
orto domini Georgij ubi nunc sedet Syska ab ipso Sys:
ka vel ab eo qui dictam hereditatem incoluerit pro cen:
su annuali ad festum Sancti Martini annuatim habe:
bit recipere. Et si dictus dominus Mathias presbyter
sepefatus aliquod beneficium melius vel pinguius
habuerit, ex tunc si coctores salis sui patroni siue
collatores voluerint tenebitur ipsorum altare ipsis
resignare. In cuius rei testimonium sigillum nos:
tre civitatis presentibus est appensum. Datum Anno
die loco quibus supra etc.

(Ex originali membranaceo, cujus si:
gillum avulsum erat)

Inscriptio provisionis (censuf.) Mathiae Art. Ba. c. Rector scholae ad altare coctorum salis
fundatio altaris

Vladislaus (Jagiełło) rex Poloniae villam Węgrzce Petri de Sienno altaristae, altaris Omnium Sanctorum in ecclesia cathedrali cracoviensi de jure polonico in jus theutonicum transfert.

Cracoviae, anno 1434 die 5 mensis Aprilis.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam sempiternam. Cum inter humane nature comoda nihil dignius memoria habeatur, opportunum existit ut actus hominum literarum apicibus et testium annotacione perhennentur, ne lapsu temporis evanescant. Proinde nos Wladislaus dei gratia rex Polonie nec non terrarum Cracouie Sandomirie, Siradie Lancicie Cuyauie Lythphanieque princeps supremus Pomeranie Russieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, Quod ad instantes et humiles peticiones venerabilis magistri Petri de Szyenno alteriste Altaris Omnium Sanctorum in ecclesia Kathedrali cracouiensi devoti nostri nobis dilecti villam ipsius Wangercze dictam in Terra et districtu cra=

couiensi sitam, prout in suis granicijs longe late
et circumferencialiter est districta et limitata de jure
polonico et quovis alio in jus theutunicum quod
megdburgense dicitur transferimus perpetuo duraturam,
remouentes ibidem omnia Jura polonicalia modos
et consvetudines universas que ipsum jus theutuni=
cum plerumque perturbare consveverunt. Eximimus
insuper absoluimus et perpetuo liberamus kme=
thones et quosvis dicte ville incolas ab omni ju=
risdictione et potestate omnium Regni nostri
palatinorum castellanorum capitaneorum ju=
dicum subjudicum camerariorum ceterorumque
dignitariorum et officialium ut coram ipsis aut
eorum aliquo pro causis tam magnis quam parvis
puta furti incendii homicidii et membrorum muti=
lacionis seu quibusvis aliis enormibus excessibus
citatis minime respondebunt nec aliquas penas mi=
nime solvere tenebuntur, sed kmethones et incole
predicte ville coram sculteto suo qui pro tempore
fuerit, scultetus vero coram herede suo aut coram
nobis vel judice nostro generali dum tamen per
nostram literam sigillo nostro sigillatam evocatus
fuerit et citatus .. hoc si in reddenda iusticia ne=
gligens fuerit et remissus, ex tunc non aliter quam
suo jure theutunico de se querulantibus respondere

sit astrictus. In causis autem criminalibus seu capitalibus superius expressis sculteto qui pro tempore fuerit in metis et graniciis eiusdem judicandi sentenciandi, puniendi plectendi corrigendi et condempnandi plenam damus et tenore praesentium concedimus omnimodam facultatem prout hoc ipsum jus theutunicum in omnibus suis punctis articulis sentencijs condicionibus et clausulis postulat et requirit juribus autem nostris regalibus semper salvis. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio literarum. Actum Cracouie feria secunda proxima post Conductum Pasche Anno domini Millesimo Quadringentesimo Tricessimo Quarto. Presentibus reuerendissimis in Christo patribus et dominis Sbigneo dei gracia Cracouiensi Johanne eadem gracia Chelmensi episcopis, magnificisque et strenuis Nicolao de Michalow cracouiensi castellano et capitaneo, Petro de Pyeskowa Szkala cracouiensi, Sandiwogio de Ostrorog poznaniensi et Szpythkone de Tarnow Sandomiriensi pallatinis et alijs fide dignis testibus ad premissa. Datum per manus magnifici Johannis de Conieczpole cancellarij et reuerendi in Christo patris domini Wladislai de Oporow dei gracia electi ecclesiae wladislaviensis vice cancellarii regni Polonie sincere dilectorum.

Ad relacionem venerabilis Laszothe canonici cracouiensis capellani nostri dilecti.

(Oryginał na pergaminie – pieczęć oderwana. – W zbiorze Erazma Niedzielskiego w Medziejowicach.)

Janussius Sledź de Lubienie episcopus premisliensis testatur, Nicolaum Borzyskow de Starzyny clericum ad gradum subdiaconatus promovisse.

In Grodek, anno 1435, die 12 mensis Martii.

Janussius Dei gracia Episcopus Premisliensis, decretorum doctor Vniversis et singulis quibus expedit Quod de Anno domini Millesimo CCCC° Tricesimo quinto, Omnes sacros clericorum ordines celebrante in ecclesia parochiali sancte Crucis in Grodek leopoliensis dyocesis ex speciali mandato et consensu Reuerendissimi in Christo patris et domini domini Johannis dei gracia archiepiscopi leopoliensis, Sabbato quatuor temporum quo in ecclesia dei Intret etc. decantatur discretum Nicolaum Borzyskow de Starzyni Clericum Gneznensis dyocesis habentem dimissionem sui dyo^ni ad provisionem nostram rite examinatum ydoneumque repertum ad gradus subdyaconatus divina nobis gracia suffragante promouimus. In cuius rei testimonium nostrum est

appensum. Actum et datum in Grodek, Anno die loco quibus supra.

(Oryginał na pergaminie; pieczęć mała woskowa czerwona, w puszce ~~[illegible]~~ woskowej żółtej, wisząca na taśmie pergaminowej przedstawia tarczę herbową (Doliwa) (na której w środku ukośna belka z 3 różami; dokoła napis gotycki: S. ianusy di gra epi premisliensis. nad tarczą herbową pastorał. łata pieczęć wielkości dwuzłotówki)
(W archiwum magistratu nowosądeckiego)

Literae accolit. CXXXVIII.

Petrus vexillifer Sanocensis, Joannes et Georgius fratres de Boiska (Zboiska) circa divisionem bonorum paternalium concordiam ratione villarum Wolica, Bukowsko et Zachoczewie coram Judicio terrestri Sanocensi ineunt.

In Sanok, Anno 1435, die 15 mensis Martii.
(Cum transumpto Judicii terrestris Sanocensis, exarato in Sanok A. 1510 die 6 mensis Augusti.)

Clemens de Pakoschowka Judex et Felix de Zarschin Subiudex terrestres Sanocenses generales significamus tenore praesentium universis et singulis quibus expedit: quomodo in Actis olim generosi Clementis de Pobyedne Judicis hanc notam inferius descriptam invenientes, de verbo ad verbum describere demandavimus quae sequitur:

„Actum in Sanok feria tertia post dominicam
„Reminiscere Anno Domini Millesimo Quadrin-
„gentesimo tricesimo quinto, Praesentibus ibidem
„nobilibus Paulo de Pobyedne, Petro Czeschyk et
„Johanne de Malusche: quomodo venientes nobiles

„Petrus Vexillifer Sanocensis, Johannes et Georgius
„fratres de Boyska haeredes bona mente volunta=
„rie recognoverunt, quod pro parte patrimonii ratio=
„ne divisionis quam pariter fecerunt in aevum,
„ratione cuius Petrus Boysska Sancti Petri alias
„Wolicza Bukowsko et Zahoczewye villas recepit,
„de quibus sibi fratres cesserunt, et peramplius in
„aevum ulterius nihil debet ex patrimonio dictus
„Petrus postulare, immo et post mortem Annae ge=
„nitricis suae discessit et recessit a villa Nowotha=
„nyecz alias Brzozow in aevum similiter et nunquam
„movere seu inquietare. Granicies autem villarum
„suprascriptarum debet habere villa Bukowsko
„ex parte ista una in agris ut coniuncti sunt agri
„cum agris de Nowothanyecz alias ze szlyszyą pri=
„us sic et nunc agri moveri non debent, sed stare,
„sed supra ulterius agri villae Bukowsko proce=
„dere debent iuxta plenam mensuram alias do dlij
„et ulterius non nisi dlij habere debet, sed ex alia
„parte Bukowsko granicies inter villam Wolo=
„czek usque ad summitatem montis dicti Buko=
„wicza, ulterius nihil. Villa autem Zahoczewye
„granicies habebit a villa tria quartalia milliaris

„unius et ulterius non. Homines autem tam sui
„quam fratrum suorum Johannis et Georgii liber=
„tatem habebunt in omnibus silvis et fluviis. Si
„autem alieni homines peccora pellerent ad silvas,
„extunc dominus Petrus ad illa nihil habere debet,
„tantum ille capiat usus, qui tenebit villas Zaho=
„czewye et Therpiczow, villae autem Bukowsko
„et Wisloczek qui (q) homines de Bukowsko alios
„convenerint et susceperint in pascendo pecora
„alias wegnancze, extunc de illis dominus et possessor
„villae dictae Bukowsko recipiat ossep et de Wis=
„loczek homines quos susceperint et convenerint
„alienos, similiter dominus et possessor eiusdem
„Wisloczek ab eis capiat fructus alias ossep, et
„ex utrisque villis libertatem habebunt pascendi
„in silvis utriusque; Qui autem dominus alios (alienos)
„convenerit, hii in propriis graniciebus pascere
„debent."

Datum in Sanok, feria tertia ipso die Sancti
Sixti Anno Domini Millesimo Quingentesimo
decimo, Praesentibus generosis et nobilibus
Johanne Syemuschowsky, Johanne Dambrowsky,

Johanne Pobyedzyensky, Leonardo Mrochowsky, Jacobo Jaczimirsky et aliis fide dignis testibus ad praemissa. In cuius rei testimonium sigilla nostra praesentibus sunt appensa.

(Ex transsumpto scripto in Sanok feria tertia post festum Nativitatis Virginis gloriosae Mariae proxima 1511.)

Vladislaus Jagiellonides, Varnensis dictus, Rex Poloniae Petro Odrowąż palatino Podoliae restitutionem certarum villarum in capitaneatu Samboriensi sitarum legittimo earum haeredi Spitkoni de Melsztyn, mandat.

Cracoviae, Anno 1436, die 17 mensis Maii.

Wladislaus Dei gratia Rex Poloniae, Litphaniae Princeps supremus et Russiae haeres etc. Magnifico Petro Odrowasch palatino Podoliae et capitaneo Samboriensi nostro sincere dilecto favorem regium et omne bonum. Magnifice sincere nobis dilecte! Certorum audivimus relatione, Quomodo Serenissimus Princeps dominus Wladislaus Dei gratia felicis et aeternae memoriae Poloniae Rex progenitor noster praecarissimus in ultima sua voluntate tuam requisivisset sinceritatem pro bonorum et certarum villarum in Capitaneatu Samboriensi situa-

p. 166-167

situatarum et pro nobili Spithkone de Melsthin milite nostro grate dilecto per progenitores et tutores suos emptarum et precio duntaxat comparatarum restitutione ut ipsa sinceritas tua, dum alias in medio fuisset nostrorum Consiliariorum, confessa est publice et recognovit. Cujus progenitoris nostri salutem ex intimo desiderantes, volumus et mandamus nostrorum Consiliariorum consiliis, quatenus sibi Spithkoni ipsorum bonorum et villarum realem et actualem dabis possessionem tantum (tm) modo illorum quae pro ipso sic spectarent et pertinerent et Judicio per nostros antecessores non essent convincta (conuincta?), ex quo certi nostri recognoscunt Consiliarii, quod de bonis sic comparatis nunquam Sententia lata fuit aliqualis. Per hoc tamen Inscriptionibus tuis pro eodem Capitaneatu datis, nolumus in aliquo derogare. Harum quibus Sigillum

nostrum appensum est testimonio litterarum. Datum Cracoviae, in die Ascensionis Domini Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo tricesimo sexto.

Ad relationem magnifici Nicolai de Michalow Canonici(?) Cracoviensis

(Ex libello Melsztyniorum initio saec. XVI scripto pag. 166-167.)

Reverendissimi in Christo patres, magnifici ac potentes domini, Amici nostri dilecti. Affectus vestri qualitatem, quo litteras nostras, nostramque benivolenciam eisdem litteris declaratam receperitis et plenum persensimus, cum litteras vestras responsales legissemus, quibus etiamsi littere (lre) nostre predicte sui [illegible] gratiarum relacione non indigne arbitratu vestro censerentur, eas tamen nec nos habemus (hmus), sed nec littere nostre meruerunt; verum quia non putavimus caritates vestras tam (tā) non equo laturas animo, que nos equissime certe ad vos scripsimus, ita respondendum hiis dominacionum vestrarum litteris, ut et mundus ipse intelligat

vos amicos et fratres nostros que scribitis minus digne nobis obicere esseque permotos, sicque ut ad seriem litterarum vestrarum responsio non desit. Inprimis ubi orsi hec. Epistolam iustum animi vestri compassionis motum comemorantes ad eum videlicet qui patrie vestre ex sceleratissimorum Barbarorum incursu hiis diebus emerserit casum, nescimus qua iusticia hanc humanitatem nostram usque adeo in ijma redegeritis, ut eum ad solius nature insitos motus comparetis, nisi fortasse nos iam humanitatis racionisve exutos, sola natura nec pijetate innata comonefactos erga vos indicaveritis, que ut vestris utamur verbis humanos animos pungere solet stimulo compassionis non modo in scismaticorum et quorumcunque gencium Dei recordacionem non habencium ijmo quod est infimum in aliud notabilium nimia strage, decuit profecto colendissimi patres et domini magnifici hunc affectum nostrum litteris nostris patefactum saltem paulisper attolere, decuit de vobis pro lege vicinitatis nostre proque moribus priscis de amplioris amoris gradu confidere, sed nec ethnicorum, scisma-

ticorumve ad ultimum nec animalium que rationis sunt expercia ad eandem rem fieri mencionem, cum longe aliter et disimili cordis ardore vestras excellencias et magnificat[is] et caras vobis semper habere curavimus. Sed quoniam (qm) de vobis ad quos (ipsos) (qos) et fidei et crucis Christi emulos vos [illegible] feceritis, differenciam testis est hec vestra littera, et nos eciam cum ad illud capitulum responderimus, utrumque (dabi²) dabitur attingimus. Interim autem de exemplis (qēīs) vestrarum litterarum agitis et quod hec ab emulis vestris congratulande gracia nobis misse sint vobis vero an complacitive ceu opprobrosia remissa forent suspicari vos quidem posse non diffinire nunciatis ad nos ut qualis re ac adversancium vobis fuerint (fuerit) intencio post terga mitten vestro id magis quam proprio iudicio explorandum relinques. De nobis respondeamus. Fatemur nos fluctivaga et incerta relacione nullatenus ad scribendum vobis de huiusce rei eventu potuisse aduci, sed tunc demum cum certo cercius veritas negocii exemplo litterarum vestrarum in nostram sic venisset nocionem. Quo eciam vestris dominacionibus claresceret vo vere rei nos erga patriam vestram compassionis officio fuisse permotos, quo fit ut quamvis an huiuscemodi litterarum vestrarum exempla per nos vobis complacitativa ceu opprobriosa

remissa sint, in suspicionem revocandum duxeritis, non credimus rem hanc alia declaracione egere. Auscultentur littere nostre, nihil in eis putamus vafre dictum, nihil amphibolojicis obscuritatibus involutum, sed sui clari=tate ipam (ipsam) etiam nostri animi claritatem patule tes=tificantur. In evidenciam etenim sermonis alienum sen=sum adnotare est teste Tulio Officiorum iniurie genere peccare. Sed procedamus ad alias litterarum vestrarum particulas que vnto animos nostros acerbius transverbe=rarunt. Subnectitis etenim qualiter peregrinus quidam admodum tamen assiduus rumor multorum apud vos auribus involitat, Turkorum nuncios e converso (conm(o) que Serenissimique domini Regis nostri hinc inde in eorundem Turkorum introitu mutuis passibus trans=ivisse. Ad vos in ea re quocumque ambulatum fuerit etsi suspensam teneatis sentenciam rem quia in meliora interpretari certum redimi divinis presagiis svadentibus non inct (invenietis) certis, quod non Serenissimo domino Alberto etc. Regi vestro data fuissent forentque impedimenta lateralia quominus assequeretur et te=neret quidem plenam et pacificam adepcionem dominii et regni Bohemie nunquam Turcij propriis ausibus Regni vestri invasissent confinia nec vastandi au=daciam presumpsissent. Cuius rei auctores et fauto=res etsi taceatis, ipse tamen ut dicitis novit qui nihil

ignorat, quodque sapienciis teste videantur, profecto patris optimi et domini nostri huiusmodi de nobis suspicionibus et eis quos inter nos multi sic audimus sinistris rumoribus satisfaciamus impellimur altiora tempora et ea que iam dudum transactione federate inter nos et regna hec amicicie fuere absolescto recordari, quoniam sicuti in presenciarum apud vos de nobis agitur, ite et pridem ab re cognoscimus fuisse acticatum. Enim vero urgente sacro Constanciensi Concilio inclitus ille et bone memorie princeps dominus Sigismundus Romanorum Imperator etc. considerans presenciam sui corporalem in eodem Concilio pro bene gerendis rebus Ecclesie Katholice esse pernecessariam, volensque occulta discrecione sic reipublice tocius Christianitatis consulere, ut et Regni sui Hungarie per sui absenciam iacturam non defleret, litteris suis fraterne caritatis dulcore refertis et quarum copiam presentibus inclusimus, Serenissimo principi et paris memorie domino Wladislao Regi nostro etc. attencius supplicavit, quatenus quo regnum Hungarie predictum ab insultu Turkorum pro tempore absencie sue foret tutum et reservatum, ope et

opere suis quantum posset efficere non detractaret, nec mora princeps ille Katholicus cuius pectus regium hec sibi potissime persvaserat agendum quidquid pro pace Christi fidelium conducere videbatur, suos solemnes nuncios impensis gravibus et multis onustos muneribus ad dominum Turkorum misit, instituitque modis omnibus, quatenus Imperator prememoratus votis potiretur, et regnum vestrum pulsa emulorum fortitudine, pace frueretur. Reddeunt tandem nuncii illi post expleta officia, que dumtaxat pro bono Regni vestri agebantur: sed que premia digna suis studiis non solum ipsi, sed et ipse Rex noster in suis hominibus a vobis vestrisve tunc retulerit, non sine renovacione veri doloris ecce coacti recensemus. Dum nihil adversi (a) parte vestri suspicantes, a quibus se graciam meruisse non immerito autumabant, fines vestri Regni fuissent ingressi, invasi sunt, secti sunt, tenti sunt et in carceres vestros a vestris inhumanissime sunt coniecti adextremum, tanta extitit de ipsis suspicio habita, ut nonmodo singule ipsorum arche et scrinie, sed et

queque secreciores corporum induvie, ut etiam ad disseccionem solearum que pedibus ipsorum subministrabantur veniretur, a suspiciosis hominibus scrutarentur. Sed incassum fatigata fuit manus suspiciosa in corporibus et rebus illorum, qui fideles Regis nuncii pro Regni vestri commodis fideliter intercedebant. Ex qua re ad id que scribitis suspicari vos posse non diffinire, qua racione vobis exempla litterarum vestrarum sint per nos remissa, quid dicere possumus, non videmus, nisi id de nobis apud vos solitum esse, et quicquid pro vobis gesserimus, immerito ambigimus, quando hoc suspicionis nubilum poterit per delcd
Quid amplius successerint tempora et truculentorum rabies Turcorum sepedictorum terras Regni vestri manu hostili populatura ingreditur et Deo oculto sinente pro iudicio sequitur bello cum ipsis comisso dolenda cedes fidelium, multa signa vestrorum hostilibus intercipiuntur manibus multe milicie decus Barbarorum constringitur abducitur que vinculis. Hec postquam auribus Regis predicti fuissent infaustis relatibus patefacta, misit ipse magnas auri summas, quibus liberalitate regia e manibus Turcorum nonnullos ex vestris redemit et pristine restituit libertati.

Hiis dumtaxat vicibus domini et amici preamandi scimus et fateremur nuncios Regis illius et nostros ac pro talibus causis ad partes Turcorum missos fuisse, preterea vero nullum unquam parte nostri scimus ad eosdem missum esse aut eciam ab eisdem aliquem excepisse sub nostrarum testimonio conscienciarum. Dicitis autem vos eum qui omnia novit non ignorare, qui huius adversitatis vestre fuerint auctores et fautores: sed prebente nobis ausum consciencia invocamus et nos vindictam ipsius super nos, si eiusmodi rei, de qua nos satis scriptis vestris incusari cernimus, ullo umquam tempore fuerimus culpabiles aut svasores. Et quidem si tanta duceremur cecitate et nocendi vobis malivolencia, non deesset fortasse ea parte facultas, sed longe sit hoc malum a nobis cunctis execrandum seculis, quod favente eo, cuius sangvine redempti sumus et lavacro abluti nunquam venit nec veniat in mentes nostras quicquam in rebus hiis caducis itum versumve fuerit non arbitramur preterea patres Reverendissimi et Magnifici domini ampliori erga dominaciones vestras iusticie iusticie declaracionem quam si asseritis quod rumore inducti nuncios nostros in terras Turcorum transmisse preclarum est dominacionibus vestris tale si qui fuissent

nonnisi per terras vestras aut Ytalie ceu eciam per gentes transalpinas ambulare humanitus potuisse prodeant in medium quicumque earundem parcium homines quibus merito fides dari debeat[2] et siquidpiam de eadem re nos eciam racione et iusticia comite culpare poterint, culpabiles dicamur vobis scelere tanto. Sed hec actenus Sequitur in contextu litterarum vestrarum contra Serenissimum vestrum Regem etc. fratresque, filios, consangvineos et affines vestros carissimos et vestris etiam vite et morti preferendos Nunc in Bohemia pro hereticis et apostatis ac infidelibus populis eiusdem regni domandis, reducendis vel extirpandis nonnullas expediciones gencium armatarum sub nomine Regis nostri nunc quoque ipsis infidelibus adherentes et acialiter campestribus bellis imminentes dudum transmissas fuisse non posse negari, cum eciam ipsum Serenissimum dominum Regem nostrum cum armata manu in Bohemiam nunquam profectum vobis litteris significassemus quod si ita gerentur ignorari non poterit rem istam non absque sangvinis effusione ex utraque parte gerenda perpetuas exinde et evotenus implacabiles inimicicias generari pacem inter Regna

diutissime habitam rupturam et m̄pc̄d usq3 innume=
rabilium morti vindicandam, donec in alterutram
partem finalis fortune [illegible] gladius forte fuerit deba=
chatus. Qua de re sinceritatem vestri affectus et zeli
amicabilis et honoris ad ipsum dominum nostrum
Regem et ad nos Regnumque nostrum et precipue
pacem inter [illegible] utrosque nostrum et regna nos=
tra ex animi et cordis puritate optatam in eo nobis
patefacitis in eo q̄d (quidem) pacta si velimus omō
repefatum Serenissimum dominum nostrum retine=
re ymo verius per nos ipsos desistere ne in Bohe=
miam contra memoratum dominum Regem vestrum,
[illegible] {verum} quoque [illegible] ut prefertur tam copiosum
sangvinem ipsum ex debito fidei comittentem, De
Regno nostro gentes et arma mittantur sed pocius
misse quantum id fieri poterit per nos revocentur
et retrahantur, ut dicti domini Regis nostri iuri=
bus et dominiis nuper imperturbati dimissis priorum tem=
porum more pax et concordia mutua inter princi=
pes et regna nostra in caritatis vinculis et non
in gladio querantur et firmentur Deo conservante
diuturnissime durature. Et quidem domini et amici
dilecti non videbatur fortasse vobis sufficere, ut
nos de commercio illicito barbarice nacionis incu=
saretis, nisi eciam de fautoria hereticorum per hec

que referimus littere vestre verba notatos culparetis
si hoc congruat sinceritatis affectus vestri quam
nobis sic patefacitis, ferte senteciam, nos tamen
pacienciam optimum vincendi genus autumantes hec
omnia interim transmittimus et ut vobis ad hanc
rem respondeamus animum nostrum convertimus.
Et hec quidem vehementer obstupescimus, quid occa=
sionis fuerit, ut eodem (cod.°) nos gentesque nostras
de adherencia et favore infidelium hereticorumque
notaretis si omnia facta nostra, si studium, si
operam nostram quam semper duce Deo contra om=
nem heresim gessimus voluerimus explicare, vide=
bimur aut dubium super vacuis laboribus intendere,
cum pro vicinitate locorum hec omnia vobis iam
pridem innotuisse non dubitamus, unum saltim
memorabimur, quod sui pondere quidem aliis
presumendum sit eciam hiis qui inscii factorum
nostrorum habentur, dabit materiam sylogisandi.
Ducem nimirum illum Sigismundum Coributhi
notamus, in quo quia preter omnem voluntatem dive
memorie principis Serenissimi domini Regis nostri
cum numerosa multitudine gencium ad Bohemiam
nondum Ecclesie reconciliatam accesserat, qualiter
pro temeritate sua precepto Regis illius (alim) olim

animadversum sit, vos ipsi arbitramur testes esse posteritis. Et quidem primum dominiis in regno hoc privatus, demum de finibus regni cum suis perpetue proscriptus est, pro gratia sibi obtinenda quante extunc humiliaciones, quot diversorum principum suppliaciones accesserunt, hec tamen omnia nihil profecerunt adeo q rigide extitit processum contra ducem illum regii sanguinis hominem, ut eciam dum in quodam bellico impetu in manus belligerarum gencium regis nostri et regni incidisset, extremo mortis horrende supplicio manibus earundem vitam terminavit. Omittimus quod nonnullos gentis hungarice et Regis vestri homines cum eodem duce comprehensos et qui se etiam de mandato prememorati domini Imperatoris, prout in litteris ipsius, quas habemus et earum copiam vobis transmittimus, colligitur, cum dicto duce Sigismundo contra nos et Regnum nostrum partem posuerunt, carcer noster ad hucusque tempus habet (h° 13) inclusos, nec eatenus quidpiam sinceritatibus vestris fracte fidei amicicieve violate criminis obicimus, scientes non ob hec (h°) pacem inter hec Regna nostra pridem firmatam duci debere ruptam aut violatam

si aliquis alterius ipsorum homines ad alterius hostes privata quadam racione se conferrent. Sed revertimur ad propositum et premissa litterarum vestrarum v3 animadvertentes miande res h sensibus nostris ut (quo(m)o) quoties aliquis princeps alius quam Romanorum Rex regno Bohemie preesse debeat aut inqa speretur regnatur? esse, mox illi et ambicionis ardor et hereseos crimen, aliaque multa que dedecent ascribuntur. Quo eciam more et littere dominacionum vestrarum nos sugillant insultant quapropter gentes armorum in regnum Bohemie a nobis missas prosequendi iuris gracia germano Serenissimi domini Regis nostri ad Regnum illud quesiti. Est autem reverendissimi in Christo patres et Magnifici domini amici dilecti res notoria nec per vos credimus quod dol3 inficienda, quia et ipse Rex vester in Bohemiam veniens Bohemis eleccioni sue adherentibus se iunxit, cum eisdem se partem statuit, qui tamen a reliquis, ab hiis videlicet qui prenominati Serenissimi domini nostri Regis germani in dominum suum et Bohemie Regem elegerunt professionem fidei in quo differant non videmus. Ad hec omnia vos domini et amici nostri clauditis oculos et quod in Rege vestro licitum esse presupponitis scelus hoc grande in aliis magnoopere reputatis. Sed quibus preterea et qualibus modis et condicionibus sepefatus Rex vester

Regnum Bohemie gestierit et Bohemos confovere et defensare spoponderit nobis incognitum non existit, cum eciam litteras ipsius ad eam rem missas habeamus sub quibus modis et condicionibus conformibus fidei katholice uti speramus in nullo contrariis si regnum Bohemie ipsi germano Serenissimi domini Regis nostri accederet qua fronte ipsum aut nos de adherencia ceu fautoria heresis argueretis, ratio non assistit. Sed ad reliqua festinantes mirum eciam in modum admiracione tenemur pro eo quod vestre sinceritatis affectum sic de nobis patefieri vestris scriptis audivimus si omnino voluerimus predictum Serenissimum dominum nostrum Regem retinere ijmo verius per nos ipsos desistere, ne in Bohemiam contra memoratum dominum nostrum Regem vestrosque fratres consangvineos et affines ipsum ex debito fidei comittantes de regno nostro gentes et arma mittantur, sed pocius misse quantum poterint revocentur. Reminisci probabile (sotle) decuit dominationes vestras pacis inter nos et Regna nostra iam pridem sub optimis modis inscripcionibus mutuis stabilite et firmate sed nec velle propter extrinsecas occasiones tam precipitanti animo ei contravenire quod sola tamen racione regnorum predictorum eviterne conservanda est sanxita, adeo, ut etiamsi quovis casu quacumque racione reges ipsi regnorum nostrorum pro quacumque re ad invicem diffiderent, pax nichilominus inter hec regna

illibata consistere deberet, prout ex copiis litterarum eiusmodi nostre mutue inscripcionis hic inclusis videbitis contineri protanto rogamus sinceritates vestras quatenus si quid inter reges nostros et pro ipsorum interesse de negocii Regni Bohemie actum fuerit, non velitis ad rupturam pacis Regnorum nostrorum et mo^d revocare, nos quidem ad pacem optime dispositi sumus, sed nec contra vos vestrumque sangvinem arma gentesque nostras unquam movere cogitabimus, nisi tunc fortasse quod non queremus ad se defendendum impelleremur. Denique quod de Serenissima domina Imperatrice dominaciones vestre nobis significarunt, qualiter eadem castris, bonis et habitacionibus suis derelictis in preiudicium voluntatis et disposicionis predicti domini regis vestri generis sui in partes regni nostri, ut asseritur, allecta et inducta sui contulerit collatura ut sic locum quoque in civitate Cracoviensi habeat in regno nostro pro sua presidencia paratum, Reverendissimi patres et domini non opportet locum aliquem in civitate predicta seu in Regno nostro pro persona Serenissime prefate domine parari, quoniam nedum ipsam verum eciam quemcunque vestrum pro nostra mutua benivolencia qui ad nos pro tempore dignaretur declinare parati semper sumus et semper erimus excipere et eidem amicorum noticiam exhibere Ad quod eciam et ipsi Serenissime domine Impe=

ratrici pro ipsius excellencia tanto prompciori con=
curremus studio, quanto id eciam sinceritatibus ves=
tris in complacenciam cedere non dubitamus, non cre=
dimus preterea Magnifici domini predictam Serenis=
simam dominam ad eam rem ellectam si cum colli=
buerit Serenitati sue ad nos aliquando descendere gra=
to sinceritatem suam exciperemus affectu, faveremus=
que ut et nobiscum staret et reddiret pro beneplacito
sue voluntatis, cum non videamus qua racione id
Serenitati sue possimus denegare aut per hoc Sere=
nissimo domino Regi nostro cl et nobis (vobis?) dis
plicere et super hiis dominacionum nostrarum
nobis fieri responsum petimus et affectamus.
Datum in Campo exercituum Serenissimi domini
nostri regis in terris Slesie, die sancte Hed=
wigis Anno xcl. xxxviij°.

Mscr. Chodynski
fol. 4–7 sive
pag. 8–15

Monum. T. II P. I p. 96.

Vladislaus (Varnensis) Rex Poloniae dotem ecclesiae parochialis in villa Gielarowa erigendae assignat.

In Leżajsk, anno 1439 die 18 mensis Januarii

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Acta praesentis temporis

Nakielski
Miechov.
p. 463
34 wiersze

1440

147

Serenissimo principi Wladislao Regi Polonie.....
... Supremo et heredi Russie fratri et Consa.....

Fredericus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus Austrie Styrie Karinthie Carniole Dux Comes Tyrolis etc. Serenissimo principi Wladislao Regi Polonie Lithwanieque principi supremo et heredi Russie fratri et Consanguineo nostro carissimo. Salutem et fraterne dileccionis affectum. Quanta congratulacione frater et Consanguinee carissime fama et rumore nuncio, quantaque adaucta leticia fide dignorum veridica relacione certitudinaliter, per nos audita eleccione de persona nostra ad Sacri Romani Imperii fastigium, altissimo

disponente, celebrata animus vester ob nostri subli=
macionem exultaverit, nullis tamen nostris meritis
precedentibus, ex scriptis vestris plenius intellexi=
mus. Referen̄ V. F. carissime innumeras ex inti=
mo cordis nostri affectu graciarum acciones cum
indubij simus, quod vos omnes nostros prospe=
ros ad vota successus nobis faueatis Certifican̄.
eandem V. F. quod quidquid honoris et prospe=
ritatis vobis arriserit, vice reciproca letabundo ad=
modum animo per temporis decursum audire opta=
bimus, eaque ut nobis ipsis reputabimus arrisisse.
Ceterum dum V. F. scripta recenseremus diligen=
cius, inter cetera ex eisdem et scriptis venerabi=
lis Symonis de Rozgon Episcopi Agriensis
nobis sincere dilecti percepimus, Illustrem prin=
cipem Albertum Ducem Austrie Germanum nos=
trum se opem contra vos alijs laturum fore com=
minatum, prout in quadam dicti fratris nostri
scriptorum copia V. F. interclusa littere, quam
tamen minime reperimus, plenius dicebatur conti=
neri. Volumus V. F. non latere, quod Idem frater
noster ea que agit nedum facit nobis inconsultis
quinymo et revera penitus inscijs ad Regnum Ungarie

direxit gressus suos, et huiusmodi contra vos niti=
tur attemptare, quorundam emulorum et inimicorum
nostrorum presertim Vlricj Comitis Cilie swasioni=
bus et seduccionibus insistendo, Cum tamen si mo=
ram nobiscum traheret, in pacis et tranquillitatis
dulcedine deo auspice essemus utique honore con=
decenti uti fratrem nostrum carissimum tractare
parati Verum cum Juuenis inexpertus existat
ea que nedum contra V. F. sed et personam nostram
attemptare nititur non sue sed [redacted] verius
seductorum suorum malicie ascribimus et eisdem
imputamus. Deprecan̄ V. prefatam F. carissimam
attencius quatenus eius inexperiencia sangui=
nisque idemptitate pensatis, per eum contra vestram
personam attemptata non sibi sed pocius suis
seductoribus libeat imputare, Et quia ex ydempti= 92
tate sanguinis nobis mutuis amicicia fidelitate auxi=
lijs et consilijs merito constituimur obligati, Opta=
mus plurimum quatenus duos aut tres Consiliarios
et fideles vestros de vestre fraterne dileccionis
proposito vijs quoque et modis quibus huiusmo=
di amiciciam concordiam auxilium et consilium incipere
[illegible] forcius roborare continuare et nobis mutuo

exhibere valeamus sufficienter instructos ad nostram serenitatem destinare curetis, quibus similiter mentem nostram supra vijs et modis convenientibus licitis et honestis, quibus huiusmodi amiciciam et concordiam incipere, roborare et continuare valeamus, elucidabimus. Quidquid autem intencionis vestre existat in huiusmodi mittendo desideramus nobis maturiori quo fieri poterit tempore per V. S. latorem per presencium certius intimari. Datum in Nouaciuitate, Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo die vicesima octaua mensis Maij, Regni vero nostri Anno primo.

Ad mandatum domini Regis
Conr. prepositus Wyen. Canc. etc.

mon. T. II P. I p. 121.

1441

Wladislaus Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc. Rex, Lithwanieque Princeps supremus et heres Russie etc. Reverendis in Christo patribus nec non Magnificis, Generosis, Strenuis, Nobilibus Prelatis, Baronibus tam spiritualibus quam secularibus Militibus et terrigenis Terrarum nostrorum Cracoviensis, Sandomiriensis, Radomiensis, Lublinensis, Sandecensis, Becensis et Sanocensis sincere nobis fidelibus dilectis, Salutem et omne bonum. Jam et sepissime et scriptis et nuncijs nostris vobis omnem posicionem nostram significavimus et qualiter cum gravi periculo hucusque vitam nostram et caput servavimus ab hostibus nostris et nunc

servamus. Rogavimusque pluries, ut nobis presidio
esse iuxta promissa deberent, veluti illi, qui nostri
huc transitus fuistis auctores. Meminisse enim po=
testis, qua ambicione, quave cupiditate ad hoc Reg=
num ire aspiravimus, nonne lacrime nostre et verba
quibus vos oravimus, ut ab hoc transitu in hoc Reg=
num absolveremur, sunt nobis testimonio. Nonne
contentos nos paternis fatebamur laribus et ad satis
dominij (domum ?) esse voluimus. Sed dum uno et eo=
dem voto affectu et voce preter nostram volunta=
tem huc transitum bonum et optimum Corone et
Regno nostro Polonie indicastis verbis et lacri=
mis nostris respondentes: Melius nos quam vos
flere debere ad id eisdem votis vestris inviti et
coacti consensum prebuimus, primam spem nos=
tram post deum in vestris promissis, quibus
nobis nedum bonis et corporibus ac capitibus
vestris presidio polliciti estis pro necessitate
reponend incumbente, reponendo, existimavimus quoque titu=
los laudis Polonice hoc facto augere potuisse,

dum gladium nostrum, cui nunquam triumphi adhuc deo propicio defuerunt, contra sevissimos Thurcos convertissemus. Sed ecce longe aliter ac rati sumus evenit. Nedum enim prefatis Thurcis resistere iam non valemus, qui Regnum hoc nostrum Hungarie tam cruenta cede dietenus lacerant, profluvio sangvinis fidelium Christi delectantur, iuvenes et senes, quos cruentus gladius preterit, miserime deducunt in exilium, quid de virginum et mulierum referamus violencia et omnium fere hominum illarum parcium luctu et gemitu miserabili, quorum quottidie infestus clamor et luctus, qui nunquam ante hominum memoria extitit, aures nostras obtrudunt, ita ut panem nostrum absque lacrimis et acerbitate cordis capere non possumus. Sed et miserum homuncionem omnibus bonis imparem, istum Iskram, qui etiam hiis malis non contentus, Regni nostri Polonie fines infestat temerarie propter carenciam vestri presidii dissimulando pati nos oportet, eo quod nobis homines preter stipendarios, quos hucusque propriis fovimus stipendiis, non sunt, et valde pauci Hungarorum, quorum potencia possemus hinc utrique malo consulere. Ipse enim miser homo fideles

nostros, quos a partibus Cassovie habuimus, sue subegit
servituti atque ab obedientia nostra reduxit. Ab aliis
autem partibus fideles nostri, de quibis spes magna no=
bis erat, coacti inevitabili necessitate contra prefatos
Thurcos profecti sunt, quorum Capitaneus et Senior
Magnificus Nicolaus de Wylak Woiewoda Trans=
silvaniensis per nos eis deputatus erat, qui tamen
ad nos mandato nostro revertitur, illis partibus sa=
tis non in parvo periculo dimissis. Sic quoque ti=
mendum est, ne illud quod laudi et decori nostr.
auspicaverimus, in eternum nobis et vobis dedecus
veniat et pudorem, et qui prius gloriosis victorie
splenduistis titulis, desidia negligencie in eternam
memoriam vilescatis. Olim ob raptum unius vacce
fama erat Polonos raptores centupla talione affecis=
se: hodie unius miseri homuncionis predam teme=
ritate agitati quasi victi videntur defecisse. Ne igitur
hec opinio infelix in vobis o fideles nostri magis
ac magis radicari videatur, ne quoque clarissimi no=
minis vestri nubilum ex ~~[illegible]~~ negligencia ini=
micis pariat leticiam, rogamus Vestras fidelitates,
requirimus et hortamur, qualiter iam die noctique non
parentes (parcentes ?) cum potenciis vestris progredi nobis

in auxilium debeatis et acies castrorum vestrorum directe versus partes Cassovienses dirigere, scientes indubie quod altissimo prante vota nostra et vestra laudabilem finem consequentur. Nos enim deo propicio, hiis partibus videlicet Posoniensi et Cremniciensi, prout spem firmam in domino habemus, in brevi ad obedienciam reductis, vobiscum conveniemus. Sicque per vestrum huc adventum et ingressum certum nobis auspicamur triumphum. Opportebit enim eos, qui illis president partibus, et nunc quieti hincinde vagantur, nobisque impedimento forti sunt et inequali (ineqli) metu vestri fortaliciis e converso recludi. Sed si forte promissis vestris aliqui forte incontenti fines Regni longe exire absque iuribus eorum recusarent, disposuimus taliter, quod ipsa iura vestra tempore et loco suis debite persolvantur, nec eciam longe fines Regni vos exire desideramus dumptaxat ibi unum (vn) vobis dampna (p̃) inferri videmur (viden̄) nec credimus aliquem iuste de vobis (nobis) posse causari, cui condigna hic satisfaccio impensa non fuisset. Nam licet de contribucione fertonum, quam nostri intuitu fecistis, de qua vobis ingentes referimus grates, profectus

secutus est, nichilominus omnibus ad nos venientibus antequam fluvium Danubii transfretarent, aut inscripcionibus, aut paratis peccuniis nos satisfacere ad plenum opportebat. Sed de hiis hactenus Vestris sinceritatibus cum vestris consiliis credimus omne bonum Regni vestri ad opulencie comodum devenire. Et sicut nunquam auditum est, dominos Regni Polonie Regem suum deseruisse, ita et nos credimus vestris presidiis hoc ceptum negocium feliciter iam terminare, quod si deus avertat, in vobis nunc deficere videremur, quid putatis, quis honor aut laus atque comodum nobis et vobis exinde sequeretur, vestro comittimus examini arguendum. Cetera latori presencium comisimus vobis clarius explicanda. Datum in loco campestri prope Tarnawiam ipso die beatorum Innocentum, Anno &c xl primo &c.

Mss Chodynsk.

(fol. 8 verso et 9, sive pag. 16–17)

Monum II P. I p. 127.

152

Litera quam scribit d. Wladislaus Hungarie Polonie Rex suis dominis Regni Polonie ut superveniant cum gentibus.

Wladislaus rex Hungariae et Poloniae ecclesiae parochiali in Golow pensionem annuam ex bonis regalibus niepolomicensibus assignat.

Budae, anno 1443 die 1 mensis Julii.

Wladislaus Dei gratia Hungariae, Poloniae, Dalmatiae, Croatiae etc. etc. rex, Lithuaniaeque princeps supremus et haeres Russiae, ad perpetuam rei memoriam. Sanctissimam Dei matrem Virginem Mariam etsi liquido omnibus Christianis constet apud Deum peccatorum advocatam totiusque christiani orbis patronam esse, non tamen Nos ex hac solummodo generalitate, sed ex speciali etiam ejusdem coelorum reginae erga Nos patrocinio omnia ejusdem majestati jure merito de-

bemus. In minori enim aetate nostra desperati de vita cum essemus, ad ecclesiam ejusdem Virginis in Gdow devoti vitam recepimus, ac postea cum in Niepolomnicensi saltu venationi dediti pericli= taremur: votis nostris ad eandem ecclesiam in Gdow directis, omni periculo destituti et in sal= vo positi fuimus. Quare de gratitudine debita erga Virginem Mariam Dominam nostram assig= namus in perpetuam super bonis nostris rega= libus Niepolomnicensibus pensionem certam et annuam ad dictam ecclesiam in Gdow ejus ple= bano singulis annis persolvendam, videlicet pro qualibet Sanctae Mariae Nativitatis ti= tuli ejusdem ecclesiae festivitate unum cervum e majoribus et melioribus, qui in saltu Niepolomnicensi continentur, ac septem decem marcas latorum grossorum pragensium, post factam vero hybernam conseminationem tri= ginta arbores pineas pro aedificio aptas ac quin= que quercus majores cum omnibus truncis et

ramis illorum ad eandem ecclesiam devehere et ple=bano illius nunc et pro tempore existenti consignare Niepolomicensis capitaneus noster tenebitur. Praesentibus apud omnes pro erga Deum ejusque Virginem Matrem pietate valituris sigillis nostris regalibus in fidem subappensis. Datum Budae die prima Julii Anno Domini M.CCCC.XXXX.iiij.

(Ex confirmatione Sigismundi Augusti regis Pol. data Varsaviae in Comitiis regni d. 20 Martii 1564 ubi dicitur quod Joannes Wielopolski de Gdow auli=cus reg. pro parte Martini Galaska ple=bani in Gdow literas originales praesen=tavit. – Item ex confirmatione Augusti II regis Pol. ad preces Antonii Burski plebani in Gdow data Varsaviae d. 11 Decembr. 1728 – Item ex confirmatione Augusti III reg. Pol. ad preces Antonii Kosinski parochi in Gdow data Wschovae d. 26 Maji 1755 ex oblata castri cracov. fer. 5a ipso die Praesentationis B. Mariae V. 1726 et d. 15 Septembr. 1775)

(Ex confirmatione Sigismundi Augusti regis
data Varsaviae d. 20 Martii 1564 ubi annus
privilegii notatur: Datum Budae d. 1 Julii
A. D. M. CCCC. XXX IIIJ. (?) - oblat ad acta
castr. crac. Sabbato in Vigilia S. Laurentii Mart.
1722. Libr. Relat. Tom 145 pag. 2641 No. 844)

Johannes Iskra capitaneus generalis caeterique proceres regni Hungariae cum Sbigneo Oleśnicki episcopo cracoviensi aliisque magnatibus regni Poloniae treugas pacis inter Hungariam et Poloniam ad decursum duorum annorum statuunt.

Cassoviae, anno 1444, die 30 mensis Novembris

Nos Johannes Gyskra de Brandis serenissimi principis ac domini domini Ladislai dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie etc regis domini nostri generosi etc. Naturalis Capitaneus generalis Comesque de Saros etc. Item reuerendissimus in Christo pater et dominus dominus Dyonisius sacrosancte Romane Ecclesie presbiter Cardinalis Archiepiscopus Strigoniensis, Magnifici Thomas de Zeecz, Comes Comaraensis, Johannes Major de Peren Magister Tauernicorum Regalium, Georgius de Posingen ceterique prelati Barones Nobiles et proceres, Item ciuitates Cassa, Lewcza, Bartffa, Epperies, Kezmarkt, Item Castra et fortalicia Saros, Reychnaw, Borrsowicz, Gilnicz, Smolnicz, Jassow, Rozenaw, Nagyda, Lyppolcz, Tockay, Secz, Tarkw, Kapy, Makowicza, Dunawicz, Nowum Castrum, Palocza, Item Posonium et Ciuitates montane, Crempnicia,

Nowum Zolium, Antiqum Zolium, Schebnicz, Mons Regis, Thoplczaw, Korpona, cum ceteris montanis, Item castra Lyppcz, Wiglesch, Saxenstein, Rewisscze, Castra prope fluuium Wagh, Trenczyna, Sucz, Wrssatecz, Lednicz, Bistrzicz, Cossatecz cum omnibus alijs castris fortalicijs et ciuitatibus predicti domini Ladislai Regis partem tenentibus et fouentibus tam Spirituales quam Seculares, Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, Quod nos benigno animo affectumque pietatem Inclitorum Regnorum tam Hungarie quam Polonie, in numeris calamitatibus heu nimium fere iam ultra quatuor annis retrolapsis de die in diem marcesci et desolati procurare exoptantes, prout diligencius exquirere cogitamus vt hic labor noster ad oppressorum releuamen tam sincero suscipiatur animo quam integra mente depromptus est, Cumque vigilantissimo mentis intuitu, pestem hanc habidissimam gwerrarum et bellorum iustissimo merore Acerbissimoque dolore, vehementer et diucius angemur et affligemur Ita ut feruentissima caritate permoti sumus, bellorum et gwerrarum sedare disturbia turbaciones strages et cedes hominum innumeras que dampnose in magnum grauamen prefatorum Regnorum usque huc viguerunt penitus amputare vt exinde tranquilla unio et laudabilis pax sequi firmari ve posset et stabiliri, Cum Reuerendissimo in Christo patre et domino domino Sbygneo dei gracia Episcopo Craconiensi nec non Magnificis et generosis

dominis Johanne Czysow castellano et capitaneo, cum
alio Johanne Tanczyn palatino cracowiensi et Johanne
Glowacz de Olessnycza, Przedborio de Koneczpole, castel=
lano Sandomyriensi et Czyslaw de Cyro, ac Swantky
castellano lublyensi, Cum cunctis Prelatis Baronibus
Nobilibus Capitaneis adherentibus gentibus familia=
ribus et subditis in toto Regno Polonie existentibus
et comorantibus cuiuscunque condicionis nacionis
existant, infrascriptas (christi) ~~xpian~~issimas treugas et veros
terminos pacis, cum prescriptis dominis vicaryis pre=
fati Regni Polonie Cum omnibus Castris fortalicys
ciuitatibus opidis et villis posessionibus quibuscun=
que nominibus censeantur in sepedicto Regno Polonie, et
sub eorum regimine ubilibet constitutis in nomine domi=
ni confecimus iniuimus statuimus et firmamus perpre=
sentes pari passu et forma, Quemadmodum inter excellen=
tissimum principem et dominum dominum Fridericum
Romanorum etc. Regem parte ex vna et Serenissimum
principem et dominum dominum Wladislaum Polonie etc.
Regem ex altera partibus sunt confecte et processe, faci=
mus inter nos partes predictas Hinc inde a die date
presencium usque ad duorum Annorum inmediate se
sequencium decursum, Et donec prefate treuge per domi=
num nostrum Regem Romanorum ordnate procedunt,
duraturas in cuncto et profecto robore, absque irritacione
aliquali et violacione sub punctis condicionibus clausulis

et capitulis infrascriptis, Item primo q̄ huiusmodi Treu=
gis durantibus et stantibus, omnia homagia ex Regno
Hungarie et Terra Scepusiensi atque castrorum seu
ciuitatum partem dicti domini Ladislai Regis
fouen[tium] et sue Maiestati fideliter adheren[tium] con=
quesita dominis eorum restitui et relaxari debeant
Et paripassu homagia quecunque in Regno Polonie
ex castris et ciuitatibus compulsa, similiter remit=
ti debeant et relaxari et prorsus absolui, Item ut
homagia que per nos et nostros Capitaneos ubique exis=
tentes de tenutis et pertinentiis castri Lyblow et Podo=
lyn aut in Regno Polonie ubique acquisita in nostram
potestatem et subdicionem compulissemus aut compu=
lissent et coartassent, penitus et in toto usque ad pre=
scriptum spacium duorum Annorum indulsimus
et relaxata comisimus, saluis tamen disposicionibus trew=
galibus in omnibus clausulis, punctis et articulis prout
antea literae nostre in se efficacius et lucidius demonstrant,
Cum egregijs et nobilibus viris Nicolao Petro et Mar=
tino de Comorow conclusis et unitis, Item quod omnes
gwerre depredaciones spolia combustiones hominum
captiuaciones et quecunque mala cessent per partem
utramque duran[tibus] treugis predictis, ut licitum erit
hominibus nostris hinc inde terras et regna prefata
tam mercatoribus quam alijs cuiuscumque status condi=
cionis aut eminencie existant, cum eorum rebus et bonis

mercancijs et quibusvis alijs negociacionibus ire, trans=
ire, stare, morare, redire et eorum negocia libere secure
et absque omni impedimento exercere Juxta consuetu=
dinem a dñe firmatam per tenutas, loca, ciuitates,
opida et villas, stratas solitas et consuetas, salvis
eorum rebus et personis universis, Item quod neutra
parcium in alterius partis preiudicium castrum,
ciuitatem seu fortalicium de nouo facere aut erigere
infra tempus treugarum non possit nec debeat qůismõ quovismodo
Item quod nulla parcium faciat seu procuret infra dic=
tum tempus treugarum, clam furtim vel potenter ciui=
tatem castrum aut fortalicium alterius partis quouis=
que-vito colore expugnare et optinere vel per tradimen=
tum ad manus suas recipere seu usurpare, Et si quomõ
ad manus alicuius partis, quod absit, tradi contigerit,
extunc pars illa parti alteri, a qua tale fortalicium
fraudulenter est receptum, sine omni offensa et lesione
restitui teneatur, Item si per aliquem subditum
indigenam vel advenam alicuius nrm nostrum casu vel
euentu in treugis predictis fuerit in aliquo derogatum
vel contrawentum utpote q rapine spolia incendia
vastaciones prede et homicidia aut aliqua malificiorum
genera in terris et dominijs nostris alterutrę rum fuerint
perpetrata et commissa, Q quod Trewge predicte propterea ir=
ritari et cassari non debent, Sed in suo robore et firmi=
tate nichilominus permanebunt, predicti autem delinquentes

et malefactores pro eorum excessibus judicio et arbitrio per=
sonarum fidedignorum ex parte utraque electorum loco
deputato punientur prout moris est et consuetudo juris in
se exposcit, Item hujusmodi treuge durante nulla the=
lonia Tricesime Dacie Gaballe de nowo tempore gwer=
rarum instituta seu erecta contra antiquam consuetu=
dinem justam et laudabilem solui et exigi debeant
nisi in locis bona consuetudine et more ab antiquo so=
litis persoluantur absque omni contradiccione. Condicio=
ne tali ut curriferi et vectores absque aliquali fallo
~~[illegible]~~ gradientur nisi in vijs solitis et adhec rectis sem=
per iuxta ritum, Item quod neutra parcium alteri=
us aduersarios inimicos raptores insidiatores malefac=
tores et perturbatores in suis ciuitatibus fortalicijs cas=
tris aut villis poterit tenere aut fouere, sed eos tenebitur
durante treuga prosequi et ex eorum dominijs castris
ciuitatibus atque villis eicere expellere atque baniare,
nec eciam poterit aut debebit spolia predas aut quas=
cunque res mobiles quibuscunque vocentur nominibus
in alterius partis dominijs et sub quocunque colore re=
cepta tenere conseruare sine dolo et fraude sub fide et
honore, Item volumus et decreuimus atque statuimus
ut sufferencijs pacis predictis stantibus Nobiles Mer=
catores Ciues Opidiani et subditi partis unius non po=
tuerint neque debebunt racione debitorum obligacionum
iniuriarum aut offensorum ante gwerram presentem
quolibet[+ modo] contractorum aut factorum aut ad solucionem
jure vel injuria aut oppressione aut violencia compelli

licebit tamen cuilibet hominum debitum suum offen=
sum, obligacionem vel iniuriam repetere et pro ea
agere in judicio et jure cui reus subiacet et in quo con=
sistit, Statuimus, firmamus atque decreuimus (et.) treu=
ge pacis stantibus omnes captiui utriusque partis quo=
cunque capti relaxerit² et relaxari debeant², habe=
buntque terminum usque ad decursum duorum annorum
Et si interim predicta treuga stante (a) huiusmodi cap=
tiuitate (ptes) partes cui captiuitatem p̄mserunt plene de
captiuitate missi non fuerint Extunc tenebuntur ipsi
captiui viceversa annis duobus elapsis ad captivitatem
statuere ac.. (intrare) ītare, Item reseruamus nobis plenam
et omnimodam potestatem trewgas huiusmodi taliter
et sub hijs condicionibus firmatas reiciendi, frangendi
et ab eis eorumque firmitate recedendi, quandocunque
nostre placuerit voluntati, hoc specialiter addito, quod
postquam nobis collibuerit huiusmodi treugas non te=
nere, tenebimur voluntatem nostram per literas aut
nuncios prefato domino Sbygneo episcopo cracowiensi
aut suo capitaneo Podolynensi denunciare postquam
quidem denunciacionem, usque ad decursum integra=
rum sex ebdomadarum, trewge presentes in suo robo=
re nichilominus debent inviolabiliter per partem vtram=
que obseruari. In cuius rei testimonium maioris eui=
dencie et caucionis signum, Nos Johannes Gyskra pre=
fatus Sigillum nostrum una cum magnificorum egre=

giorum nobilium famosorum puta domini Johannis de Peren Magistro Thauernicorum Regalium Judicisque Juratorum nec non tocius communitatis ciuitatis Cassa Nicolai Brczal de Dobra capitanei civitatis Kesmarkt, Johannis Nigri de Donowicz, Petri de Tarkw, Michaelis de Dormay capitanei castri Makowicza sigillis premissa rate et firme obseruand' presentibus iussimus subappendi. Datum et actum in ciuitate Cassa ipso die Beati Andree Apostoli, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo Quarto:.

(Oryginał na pergaminie; z 6 pieczęci wiszących na tasmach pergaminowych pozostało dwie żółtowoskowe małe. Na jednej do połowy ukruszonej herb Koło wozowe z hełmem na wierzchu z napisem gotyckim: s. nicolai ..... Na drugiej przytartej widać tarczę herbową z zwierzęciem którego tylko nogi widać najprawdopodobniej Koza, wspiętym, do koła napis gotycki: s. iohannis. de ..... cloec. Pieczęci te są 4 i 5 z porządku.)
(W archiwum miasta Nowego-Sącza.)

Johannes Teschnar consul Cracoviensis cum consorte Margaretha censum annuum reemptionalem 14 marcarum pro dotatione altaris tituli S. Petri et Pauli Apostolorum in ecclesia Cracoviensi S. Annae designatum, super praedio prope Łobzow (Grammatyka expost dicto) executoribus testamenti olim Nicolai (de Brzeznica) plebani in Strożyska pro summa 250 marcarum coram Actis Raphaelis de Skawina Canonici et Officialis Cracoviensis generalis vendunt.

Cracoviae, Anno 1444 die 17 mensis Octobris.

Thomas Dei gratia Episcopus Cracoviensis, per Reverendissimum in Christo patrem dominum Johannem miseratione divina Sancti Angeli Sacrosanctę Romanę Ecclesię Diaconum Cardinalem per Germaniam, Ungariam, Poloniam regna et terras Turco subjectas et illis finitimas Legatum de latere ad exequendum omnia et singula sub facultate Legati de latere comprehensa i Regno Polonię Comissarius specialiter deputatus. Ad rei memoriam sempiternam. Etsi ex

debito officii nostri pastoralis nobis divinitus
crediti, ad hoc tota nostra converti debet intentio,
ut sub nostro regimine cultus divinus augeatur
et salus procuretur animarum: viros tamen doc-
tos et variis scientiis pollentes, qui scuta fidei cen-
sentur, et ad propagandam custodiendamque et de-
fendendam fidem orthodoxam in ecclesia sancta
Dei et in splendorem, decoremque patriae plan-
tati sunt et instituti, quo abundantius divinam
propitiationem captemus, peculiari nos favore pro-
sequi convenit, incrementumque eorum et ampli-
tudinem procurare, ut tanto diligentius, accura-
tiusque officiis suis insistant, tamque uberius
in statu et posteritate nostra fructificent, quanto
congruis stipendiis fuerint praemuniti et dotati.
Proinde significamus tenore praesentium quibus
expedit universis: Quomodo attendentes, quod licet
inclita Universitas Studii Cracoviensis per divae me-
moriae Serenissimum Principem dominum Wla-
dislaum Dei gratia Poloniae Regem sit provisa
et dotata, restant tamen nonnulla pro ipsius
solidiori et pleniori subsistentia supplenda et ad-
denda, quae nostro egeant suffragio. Gestientes igi-
tur illis supplendis et addendis intendere, consensi-
mus et tenore praesentium consentimus, quod
Ecclesia Sancti Nicolai extra muros Cracovien-
ses de Jure patronatus et praesentandi Venera-
bilis et Religiosorum fratrum domini

Joannes de Mszurow dapifer praemisliensis cum fratre germano Nicolao ecclesias parochiales in villis Rudolowice et Tuligłowy monasterio miechoviensi incorporant.

In Przeworsk, anno 1446 die 2 mensis Maji.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. ~~Nos~~ Joannes de Mszurow

Nakielsk. Miechov. pag 480

40 wiersz

Illustrissimo principi domino Cazimiro dei
gracia Magno duci Lithwanie et Russie etc. nos=
tro domino honorandissimo.

Illustrissime princeps. Pulsati sub hoc disturbio
Regni nostri innumeris fere iniuriis, hanc e merito
iusta arma movere coacti sumus adversum impug=
natores patrie nostre. Inter quos, cum dominus Ro=
manorum Rex e(in) iuste oppugnacionis nostre
et auctor precipuus et princeps extiterit, invitos
exurgere nos ad paria officia provocavit. Is enim
ad Coronam Regni nostri clandestine sublatam
detinet, ac vastacionibus, cedibus et incomodis
pluribus confinia Regni nostri longe lateque

complevit. Qui cum exoratus pluries, nichil aliud preter verba lesis prestare vellet, hoc uno armorum remedio iusticia svadente experiri postremo opportuit, ut vel illorum suffragio patrie nostre iura recuperare possemus. Hoc pro eo Celsitudini Vestre hiis litteris perstringere volumus, ne locum det delatoribus suspectis ex odio aliter quam se res habeat promulgare aut existimet nos pacem semper Christianorum amantibus ex iniusta causa ad arma precipites extitisse, prout super hiis lacius scripsimus dominis prelatis et Baronibus Regni Polonie, qui omnium horum magis conscii sunt, quam nos explicare valeamus. Datum Bude, penultima mensis Februarii, Anno Millesimo Quadringentesimo quadragesimo septimo

Prelati, Barones, Comites
et Proceres Regni Hungarie.

nema

fol. 11 verso.

1447

Fridericus dei gracia Romanorum Rex semper augustus, Austrie etc. Dux. Illustri principi Kazimiro eadem gracia Magno Duci Lithwanie etc. fratri et consangvineo nostro carissimo, Salutem et fraterne dileccionis continuum incrementum. Illustris princeps frater et consangvinee noster carissime. Quamvis terrarum spacio et principatus amplissimi, quibus deus omnipotens nos utrumque dotare dignatus est, corporaliter nos seperent, coniungit tamen nos stricta propinquitate innata dileccio et identitas sangwinis, quibus divina clemencia personas

nostras naturaliter copulavit, ut qui corporalibus
oculis nos intueri nequimus, saltem interno cordiali
93 que lumine nos quodam caritate continuo videamus,
ut quicquid perciperimus honoris utilitatis et co=
modi vestri, Maiestatem nostram ut debitum est
dia multipliciter delectaret. Ad indagandum autem talia
et nonnulla eciam cum F. V. comunicandum
presentem nostrum nuncium ad V. Fraternitatem
duximus transmittendum, rogantes ut nobis per
ipsum condicionem status vestri, quem felicem
semper optamus, pro singulari recreacione pla=
ceat intimare, nec nobis imputare, quod litteris
seu nuncijs nostris Vestram dileccionem visi=
tare tantum distulerimus. Eramus
namque post discessum nunciorum vestrorum
a nobis, plene intencionis vos nuncijs nostris
e vestigio visitare, sed prepediti fuimus ar=
duis negocijs universalis Ecclesie, Sacrique Ro=
mani Imperij, ad que eciam accessit quoddam
impedimentum nonnullorum Ungarorum, quod
Vestre dileccioni opere precium nobis visum

est ut eadem cognoscat, quibus fallacijs idem Hungari processerunt, quibusque dolis sub amicicie palio, nobis improvisis, usi sunt. Defuncto namque Illustrissimo principe nostro, vestroque fratre carissimo Rege felicis memorie seducti et derelicti per nonnullos Hungaros, quod dolenter referimus, instetimus eos tunc aput ipsos, ut Illustrissimum principem patruelem nostrum carissimum Ladislaum Hungarie et Bohemie etc. Regem ad Regnum suum, ac innatam paternam et maternam successionem et hereditatem, que Jure divino atque humano sibi competit, tamquam verum heredem et coronatum Regem admitterent et illi Regno in preterito turbine multipliciter laniato tranquillitatem et pacem preberent. Ipsi vero Hungari perswasionibus nostris inducti in Buda congregati prefatum patruelem nostrum concorditer in Regem et dominum suum elegerunt, quamvis huiuscemodi opus non erat. Nam et ipse patruelis noster uti premissum est, verus

heres et Rex eorum coronatus erat, prout hodie est. Quo facto Hungari suos notabiles prelatos atque Barones ad nostram Maiestatem miserint, petentes precipue Regem Ladislaum cum sacra Corona mitti ad Regnum suum et eis restitui nonnulla castra per nos in gwerris transactis manu potenti et iusto titulo acquisita. Et quamquam Maiestati nostre nequaquam poterat perswaderi, ut ipsum patruelem nostrum ad Regnum ipsum tam subito mitteremus, cum illa odia et inimicicie inter partes nondum erant extincte, neque sanata antiqua vulnera, magneque erant suspiciones Bohemie preterea Australes et ceteri principatus pro ipso Rege Ladislao tamquam domino suo instabant, nichilominus tamen deliberavimus pocius Hungaris velle complacere, quam ceteris, et bonis respectibus nos ad hoc monentibus Sicque petivimus castrum Posoni nobis assignari, ubi ipsum Regem cum sua Corona tamquam in Regno suo Hungarie ad annos usque sue etatis tenere parati eramus tamquam in loco omnibus Regnis

suis acomodo. Contenti denique eramus pro con=
servacione sua adiungere Hungaros, Bohemos,
Australes, Slezitas atque Moravos, offerendo
eciam firmissimas assecuraciones,
quod decedente prefato patruele nostro, quod
absit, eis restitueremus coronam et castrum.
Omni dolo et fraude remotis, adiunximus eciam
quod prefato articulo concordato de castris per
nos conquisitis ipsis velle racionabiliter respon=
dere, quamvis per Capitaneos eorundem cas=
trorum permaxima damna spolijs, incendijs,
homicidijs multis et latrocinijs non paucis
annis transactis, ad terras nostras Austrie
et Stirie patrata fuerunt, non obstantibus
varijs querelis nostro et vestro fratri bone
memorie, dum adhuc ageret in humanis, et
post mortem suam provisoribus ipsius Reg=
ni continue factis, ubi eciam nec treugerum
inducie cum prefato fratre nostro ac vestro,
et ipso Regno inite, sigillate atque promisse
per ipsos Hungaros advertebantur, ita quod ad
propulsandam iniuriam fuimus provocati ad

arma, quemadmodum vigore earumdem treugarum facere nobis licuit. Itaque Frater carissime, ipsi Hungari tunc de nobis satis contenti videbantur. Sed paulo post premissa desideria sua notabilibus iterum nunciis suis apud nos innovaverunt, ostendentes de prima nostra benigna et equa responsione non bene contentari. Et post multas hincinde disceptaciones cum ipsis oratoribus, concordes remansimus, ut in certis locis graniciarum teneretur dieta, ubi de singulis pacem et concordiam concernentibus diligentissime tractaretur, prestolatique fuimus dietam huiusmodi et ipsorum scripta ac legacionem Magnifici Johannis Gÿscra in vim credencie factam. De eodem satis certificati fuimus atque desuper requisiti, quatenus gentes nostras, quas tunc congregatas habuimus, nam et de fraude eorum aliqualiter informati eramus, disgregare vellemus, asserentes omnes ipsorum et tocius Regni laborem ad inter aliud vergere quam ad pacem et utrarumque Terrarum unionem, et si quis Maiestati nostre aliud unquam suggereret, quod talia ullatenus crederemus. Stantibus

itaque nobis in huiusmodi eorum scriptis et expectan=
tibus dietam, disgregatisque gentibus nostris, qui=
dam Johannes de Hunyad, qui se gubernatorem
nomine patruelis nostri Regis Ladislai scribit et
nominat, adunatis sibi nonnullis Hungaris et
etiam Walachis, aliisque Scismaticis ac etiam Turcis,
instituit transitum suum adversus Terras nostras
et prefati patruelis nostri, repentequе Maiesta=
ti nostre insinuata fuit dieta, ad festum
Sancti Mathei preteriti, literaque presentata
vix septem diebus ante celebrandam dietam. Et
quia prelatos et Barones nostros tam subito con=
vocare nequivimus, statim honorabiles Oratores
nostros Budam transmisimus adhortantes, quate=
nus huiusmodi dietam in tantum vellent proro=
gare, ut prelatos et Barones nostros convocare
et ad huiusmodi dietam transmittere vellemus.
Ipsi tamen Hungari id nobis illicite denegarunt,
cum tamen eos cum dieta huiusmodi tota fere esta=
te benigne et pacienter dignati fuerimus expectare.
Itaque prefatus Johannes et Hungari scriptorum
suorum et pactorum immemores processerunt
ulterius et confinia Austrie invaserunt, inibi

non mediocra damna incendiis, predis et homici=
diis non parcendo sexui nec etati, prout hoc genus
horum facere solet diversimode committentes.
Verum Illustris princeps noster Ulricus Co=
mes Cilie ac terrigene Austrie et civitas Wyennen=
sis cupientes providere patrie, prefatum Johan=
nem accesserunt rogantes, ut a tot et tantis malis
desisteret et Terris domini sui parceret, campos=
que levaret, et quod statim teneretur dieta huius=
modi controversias amicabiliter componendi: sed
huiusmodi oblacio protinus amputata fuit. Tan=
dem ad instantissimas preces prefatorum Comitis
et terrigenarum, ne in nobis aliquid videretur defi=
cere, consensimus et compromittere parati eramus
in certos arbitros ab utraque parte in pari nume=
ro deputandos, quibus super universis amborum
parcium causis et querelis arbitrandi daretur
facultas, quos si discordare contigeret, Sanctissi=
mus dominus noster papa Eugenius ad discu=
ciendum plenarie potestatem habere deberet, aut
sue Sanctitatis legatus ad dietam nominandam
mittendus cum assecuracionibus opportunis de pa=
rendo determinatis. Que quidem via iterum per Hun=

iterum per Hungaros fuit amputata potissime ex illa causa, quia patruelem nostrum a nobis seperare noluimus in ipso compromisso, quemadmodum nec nos decebat, cum omnis questio propter ipsum patruelem nostrum Regem Ladislaum sumpserit exordium. Ultimo tandem ex superhabundanti prefati Comes atque terrigene obtulerunt pro nobis ius plenissimum super omnibus querelis coram Summo Pontifice et sacro Collegio dominorum Cardinalium experiendum. Sed ipse Johannes omnino racione postposita preter omnes illas iustissimas honestasque oblaciones, que non ex pusillanimitate regia, qua Christianorum pacem desideravimus pure processerunt, una cum Hungaris nec non Scismaticis et paganis illis ad ulteriora damna transire non cessavit, et confinia Austrie hereditaria Regis Ladislai, eorum veri et naturalis domini, quem etiam in litteris suis talem nominant et inscribunt, ferociter uti premissum est, ullis demeritis sine culpa precedentibus, peragravit. Concitaveruntque gentes ille Maiestatem nostram ad licitam resistenciam, ita ut gentibus nostris iterum congregatis, ipsisque

hostibus terga dantibus, eciam Hungariam vice versa permitteremus, quamvis inimici et Regnum ipsum prefati patruelis nostri existat sicut et Austria. Expugnatumque fuit per nostros castrum notabile Hornstein ac penitus demolitum et ad ulteriora bellica facta processu inte divenimusque auxilio dei et assistencia principum amicorum et subditorum nostrorum huiusmodi insolentissimarum gencium fraudem et perfidiam refrenare, eaque ulcisci. Quoniam vero in vestra dileccione maximam confidenciam pre ceteris gerimus, cui huiusmodi enormes actus, quemadmodum christianum decet principem, non parum displicere minime dubitamus: quam ob rem Vestram caram Fraternitatem affectuose rogamus, quatenus adversus prefatum Johannem et ipsos Hungaros, qui uti famatur communiter cum nostro et vestro carissimo fratre non bene egerunt, nobis velitis assistere, et cum vestra potencia, que per dei graciam non modica est, nobis auxilio esse, eciam in Regno Polonie, ceterisque Terris vestris inhibere, ne Hungaris contra nos in auxilium eant, si aliqui iam actu ivissent, per V. F. revocentur. Sicque velitis carissime frater in

hac re vos nostri intuitu benivolum exhibere,
quemadmodum in vobis tamquam propinquo con=
sangvineo nostro infallanter speramus, et quemad=
modum nos eciam reciproca vice erga vos ubicumque
se casus offerret, in simili assistencia iuxta posse
nostrum parato et libenti animo faceremus. Qua=
propter carissime frater, plerique sunt homines
sibi ad singulare oblectamentum putantes, dum
discordias atque zizanias inter principes, Reges
et Terras inijcere, quemadmodum dudum predecesso=
res nostros et vestros satis exploratum est et for=
sitan ipsa vero Fraternitas Vestra in iuventute
qua estis, uti [illegible] eciam putamus, huiusmodi tempta=
cionum non fuit expars. Rogamus ergo et svade=
mus in vera caritate, ut si aliqui forsitan cona=
rentur apud vos querere aliquos tractatus tangentes
nostra et prefati patruelis nostri regis Ladislai
Regna, principatus atque dominia, quod talibus non
velitis acquiescere, nec aures prebere in preiudi=
cium nostrum, quemadmodum in caritatem vestram
confidimus, et eciam predecessores prefati patruelis
nostri Regis Ladislai et vestri pro se et heredibus
suis, prout veridice informati sumus, se firmiter

inscripserunt et sacro iuramento firmarunt. Nos enim cum prefato patruele nostro valde inviti in preiudicium Vestre Fraternitatis moliri vellemus, perseverantibus enim christianis principibus in insticia et equitate, et abijcientibus omnem ambicionem firmantur indubie ex gracia divina principatus eorum, deus quoque felicitat quoscumque eorum successus. Et quamvis V. F. sciamus deum et insticiam diligere, volumus tamen ista vestre dileccioni scribere, ut amorem nostrum erga vos confidenter agnosceretis, rogantes ut nos de condicione status vestri et felicibus successibus, uti premisimus, pro singulari solacio velitis plenius avisare. Datum Wijenne, die duodecima Marcij Regni nostri Anno domini Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo septimo.

Ad mandatum domini
Regis in Consilio.

Mscr. Chodyn.
(fol. 12-13)

Monumenta T. II Part II p. 14.

Sophia (uxor relicta Vladislai Jagiello) regina Poloniae donationem sculteciae in Libusza et Kryg per Nicolaum Przybianka plebanum boboviensem hospitali in Biecz factam approbat.

In Biecz, anno 1447 die 31 mensis Maji.

Zophia dei gracia Regina Polonie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit. Quomodo honorabilis dominus Nicolaus Przibianka in Bobowa plebanus specialis zelo devocionis accensus cupiendo diem extremi judicii quantum cum Deo posset pietatis operibus prevenire, consideratisque et in animo revolutis multiplicibus defectibus pauperum in domo hospitali Beczensi degencium ex insufficienti administracione victualium et necessariorum ejusdem domus Rectoribus incumbentibus quam (ipsorum hujusmodi defectibus pye et misericorditer volendo succurrere ut ipsius suffulti pauperes predicti munificenciis oracionibus uberius vacare poterint et Creatoris nostri clemenciam pro ipso et pro predecessoribus suis devocius exorare Sculteciam in Lubuscha et Krig quam pleno jure tanquam verus heres possedit dedit donavit

et incorporauit domui prefate post tempora vite sue pure propter donum temporibus sempiternis et in euum cum omni jure prout priuilegium hereditale canit atque docet nichil pro se et suis successoribus in eadem Sculteccia reseruando. Sed quia hec huiusmodi dotacio per ipsum deifice facta sine nostro consensu non potuit fieri speciali Unde ad deuotas precum instancias prefati Domini Nicolai et gratas complacencias que in conspectu nostro claruerunt sibi votoque suis sic uti premittitur in predictam dotacionem consensimus per presentesque consentimus graciose ut in Collegio Beatorum Regni celestis sortem habeamus Et ut eciam aliquid ob spem salutis Regum Polonie Regni et nostri precarissimi mariti felicis recordacionis et nostre fecisse videamus presentes literas per nostrum filium precarissimum Serenissimum Principem et Dominum Kazimirum dei gracia Electum Regem Polonie Regni et Ducem Magnum Lithwanie et Russie etc. disponemus innouandas approbandas et ratificandas mediantibus Serenitatis sue munimentis. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum in Beez feria quarta infra octauas festi Penthecostes Anno Domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo. Presentibus his testibus

Magnificis Generosis Nobilibusque et Venerabili
Johanne de Zagorzanij Subdapifero et magistro
Curie nostre Jacobo de Morawany Castellano Czechowien-
si Stephano Schpiek de Becz ibidem plebano et nostre
Curie Cancellario et quam pluribus fide dignis.

Ad Relacionem solius Domine Regine
et Dominorum supradescriptorum.

(Ex archetypo in charta membranacea
scripto cum sigillo avulso)

172

Decretum per Joannem de Elgoth et Paulum de Zator decretorum doctores, canonicos cracovienses et commissarios latum in causa capituli praemisliensis cum scultetis districtuum jarostaviensis et przeworscensis ratione decimarum solvendarum.

Cracoviae anno 1448 die 11 mensis Julii.

In nomine domini amen. Ad memoriam rei sempiternam. Cum iuxta Sacrorum Canonum

Nakielski Miechovia pag. 484

141 wierszy

Petrus Chrząstovius episcopus praemisliensis testatur Joannem Gołuchowski decimam et censum ~~[illegible]~~ ex villa Rozwienica ecclesiae parochiali in Rudołowice inscripsisse.

In Radymno, anno 1448 die 23 mensis Julii

In nomine Domini Amen: Petrus Dei gratia Episcopus Praemisliensis

Nakielski Miechovia pag. 482

40 wierszy

Joannes tribunus et Nicolaus gladifer praemis-
liensis fratres germani haeredes de Rudotowice
et Bystrowice ecclesiae parochiali
in Rudotowice prata assignant possidenda.

In Rudotowice anno 1454 die 2 mensis Octobris

In nomine Domini Amen. Quoniam humanae naturae
memoria

Nakielski
Miechovia
pag 496

41 wierszy

Raphael de Jarosław (Tarnowski) dotem ecclesiae parochialis ordinis Sepulchri hierosolymitani annuali censu quatuor marcarum super ~~ub~~ redditibus villae Mirocin inscripto auget.

In Przeworsko, anno 1462 die 29 mensis Junii

In nomine Domini Amen. Quoniam humanae imbecillitas memoriae

Nakielski Miechovia pag. 517

48 wierszy.

Judicium supremi juris teutonici magdeburgensis in castro Biecz venditionem sculteciae in Binarowa hospitali S. Spiritus biecensi per Jacobum Dębiński cancellarium R. P. factam approbat.

In Biecz, anno 1473 die 27 mensis Aprilis

Nos Laurencius de Streschyn Scoltetus et Aduocatus Juris teutonici Maydeburgensis supremi in Castro Becz una septem cum Scabinis ejusdem Juris et iudicii videlicet Johanne de Benarowa Jacobo de Woythowa Bartholomeo de Jodlowa theutonicali Clemente de Swoschowa Petro de Suchirzepyennyk Nicolao de Sokol Zawisio de Lipynky Scoltetis per Serenissimum principem et dominum dominum Kazimirum dei gratia Regem Polonie etc. dominum nostrum gratiosum ad hoc specialiter deputati Significamus tenore presencium quibus expedit universis. Quomodo veniens personaliter Magnificus dominus Jacobus de Dambno Regni Polonie Cancellarius Cracouiensis, Beczensis, Sandeczensisque etc. Capitaneus generalis

coram nostro Judicio bannito per expressum recognouit, Se Scolteciam in Benarowa vendidisse hospitali seue pauperibus domus Sancti Spiritus ipsiusque tutoribus videlicet Consulibus Civitatis Becz qui sunt et erunt pro tempore cum omni jure et proprietate prout solus tenuit et possidebat. iuxta quod priuilegium eiusdem Scoltecie canit et ostendit in suis graniciis limitationibus perpetue tenendum, habendum possidendum utifruendum commutandum, alienandum et in suos usus voluntarios convertendum ipsis pauperibus seu domui hospitalis per ipsos tutores consules Beczenses modernos et pro tempore existentes appropriandum et quiete optinendum pro tricentis et triginta marcis pecunie communis numeri et monete polonicalis in regno currentis. Qua pro Scoltecia sic vendita predictus magnificus dominus Cancellarius et Capitaneus etc fatetur integram et plenam solutionem ab ipsis tutoribus hospitalis Consulibus Beczensibus recepisse et realiter levasse. Quam quidem Scoltetiam ipse dominus Cancellarius modo et forma cum pleno jure et proprietate memoratis Consulibus Beczensibus tutoribus domus pauperum condescendit et resignat perpetue et in evum, in ipsa Scoltecia peramplius quicquid se habere abrenuncians. In qua Scoltecia Benarowa prefatus dominus Cancellarius et Capitaneus promittit ipsos Tutores seu pauperes tueri et intercedere a qualibet persona utriusque status juxta formam juris theutunicalis supremi. Et jam ipsis Tutoribus seu pauperibus hospitalis memoratus dominus Jacobus Cancellarius

et Capitaneus Mathiam Ministerialem Beczensem
ad introligacionem in ipsam Scolteciam in Benarowa
addidit lata summa Scabinorum jure ~~addit~~ additorum
et super hoc Tutores suum posuerunt solidum scabinorum.
In cujus rei testimonium Sigillum Regalis Judicii nostri
Scabinalis Officii praesentibus est subappensum. Actum
et datum feria tercia post Conductum Pasce. Anno Do:
mini M°CCCC°LXX°iij°.

(Ex ~~[illegible]~~ originali pergameneo
cum sigillo avulso)

Decretum compromissionale latum per Joan=
nem Rzeszowski episcopum ~~[illegible]~~ et
canononicos cracovienses arbitratores inter
Nicolaum de Strojnow plebanum atque Joannem
de Jankostaw praepositum miechoviensem hae=
redem villae Chelm occasione certarum diffe=
rentiarum agrorum et pratorum ad ecclesiam
chelmensem spectantium.

Cracoviae anno 1486 die 23 mensis Maji

Nakielski
Miechovia
pag. 546

In nomine Domini, Amen. Ad perpetuam rei memo=
riam. Ne ea quae ad iurgiorum

252 wierszy

Casimirus (Jagellonides) rex Poloniae controversiam inter cives opidorum [redacted] et Oswiecim et Wieliczka ratione depositorii salis in Oświecim determinat.

Cracoviae, anno 1489, die 30 mensis Maji.

Kazimirus dei gratia rex Poloniae, magnus dux Lytwaniae Russiae, Prussiaeque dominus et haeres etc. Significamus tenore praesentium universis quibus expedit praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris: Quia cum inter providos opidorum nostrorum Oswiancimiensis ab una et Wyeliciensis ab altera partibus consules et eorum communitates orta fuisset controversia pro depositione salis in Oswieczym, ad quod opidani Wyelicienses ex antiquo sal vehere et advectum vendere consueverunt. Nos itaque audita ipsorum controversia et revisis utriusque partis privilegiis invenimus et decrevimus cum consiliariis nostris nobiscum tunc agentibus, quod opidani Wyelicienses ad praedictum depositorium salis Oswiecimiense sal vehentes debent ibidem praedictum sal advectum per tres dies immediate sequen=

tes videlicet tertia, quarta et quinta feriis intraneis
et extraneis hominibus vendere. Et si quod superfue=
rit quod per praedictos [redacted] tres dies vendere non
possent, id in allodio sive in depositorio salis depo=
nere debent, aliis fori diebus post sequentibus ven=
dendum et in usus suos beneplacitos convertendum,
modo tamen infra scripto: quod scilicet praedicti
opidani Wielicienses a quolibet banco Oswiancimien=
sibidem advecto consulibus oswiancimiensibus per
unum grossum polonicalem, a Cracoviensi vero ban=
co per medium grossum similiter polonicalem et
a fortali, qui superius expressis minor existit
per sex denarios in perpetuum solvere tenebun=
tur. Item, si quod absit, aliquod damnum per
ignis exustionem civitati inferretur ita quod
et allodium depositorii praedicti etiam igne
absumeretur: tunc consules Oswiancimienses
praedicti allodij medium, et Wielicienses medium
edificare tenebuntur. Medietas autem Oswyacimien=
sium erit ad ortum solis, Wyeliciensium vero
ad occasum. Item pontem in fluvio Wlosyenka
nuncupato consules wyelicienses quotiens opus
fuerit, Oswiecimenses vero in fluvio Sola nun=
cupato alium pontem similiter quotiens opus
fuerit edificare tenebuntur. Quae omnia supe=
rius expressa utraque pars coram nobis praesens
se tenere submisit et obligavit summittitque et

obligat per praesentes in perpetuum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Actum Cracoviae Sabbato infra octavas Ascensionis Domini, Anno ejus Millesimo quadringentesimo octogesimo nono, Praesentibus illustrissimo principe et reverendissimo domino Friderico electo confirmato cracoviensi filio nostro, necnon magnificis et generosis Jacobo de Dambno castellano et capitaneo cracoviensi, Raphaele de Jaroslaw castellano et capitaneo sandomiriensi, regnique nostri marschalko, Petro de Kurozwanky thesaurario regni nostri, Petro Kmytha de Wysnycze scepusiensi, Stanislao Pyenyązek de Wythowycze sanocensi et Raphaele de Lyeszno lanciciensi capitaneis et pluribus aliis fide dignis testibus. Datum per manus venerabilis Gregorij de Ludbrancz skarbimiriensis et sancti Floriani in Klyeparz praepositi regni nostri vicecancellarii.

G. Vicecancellarius scripsit.

Relatio ejusdem venerabilis
Gregorij de Lyudbrancz
R. P. Vicecancellarii.

(Ex manuscripto codice Privilegiorum civitatis Wieliczka per Florianum Lovicensem notarium a. 1552 exarato pag. 25–28)

Joannes Albertus rex Poloniae dat consensum Petro (Kmita) de Wisnicz capitaneo scepusiensi ad inscribendum censum reemptionalem sedecim marcarum pro 1200 florenis hungaricalibus monasterio cracoviensi Augustianorum, in villa Lipniki.

Cracoviae anno 1494 die 23 mensis Januarii.

Joannes Albertus Dei gratia rex Poloniae, supremus dux Lithvaniae, Russiae, Prussiaeque dominus et haeres etc. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis, quomodo habentes in prospectu devotionem et affectum olim generosi Praeclai capitanei scepusiensis quam pro augmento cultus divini et ecclesiae sanctae Catherinae in Casimiria, in qua est sepultus habuerit, qui etiam mille et ducentos florenos hungaricales ad instituendum in eadem ecclesia sanctae Catherinae in Casimiria pro anima ejus anniversarium legaverit; considerantes etiam ejus virtutes et merita, quibus serenissimo principi domino Casimiro eadem gratia divae memoriae Poloniae

regi genitori nostro charissimo et toti regno nostro Poloniae se reddiderit commendatum volentes itaque suae voluntati ultimae satisfacere in effectu magnifico Petro de Wisnice nunc capitaneo nostro scepusiensi genero suo, qui ejus filiam duxit in uxorem pro praefatis mille et ducentis florenis hungaricalibus puri auri veri et justi ponderis censum sedecim marcarum in villa sua Lipniki pro fundando hujusmodi anniversario vendendum perpetuo et altare fundandum in vim reemptionis alias na Wyderkaff et coram jure inscribendum in quo eadem bona jacent, consensimus et admissimus, consentimusque et admittimus tenore praesentium mediante per religiosos fratres ordinis sancti Augustini praedictae ecclesiae sanctae Catherinae in Casimiria et eorum successores praefatum censum sedecim marcarum ex eadem villa Lipniki provenientem tollendum, habendum, utifruendum pacifice quoque et quiete possidendum alias juxta continentiam inscriptionis coram jure praedicto specialiter factae vel faciendae. Datum Cracoviae feria quinta in crastino festi sancti Vincentii Anno Domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto, regni vero nostri anno secundo.

Gregorius vicecancellarius spt.

Relatio venerabilis Gregorii de Ludbranez regni Poloniae Vicecancellarii

Johannes Albertus rex Poloniae Joanni Chyrnka de Raciborzany capitaneo oświecimensi mandat, ut cives de Wieliczka ratione depositorii salis in Oświecim juxta illorum jura conservet.

Petricoviae, anno 1496, die 12 mensis Aprilis.

Johanes Albertus dei gratia rex Poloniae, supremus dux Lithvaniae, Russiae, Prussiaeque dominus et haeres: Significamus tenore praesentium quibus expedit universis: quoniam vertente coram nobis controversia nobis tunc in Cracovia existentibus inter opidorum nostrorum Wieliciensis et Oswiecimensis consules et eorum communitates pro depositorio salis in Oswiecim de qua re literas et decretum serenissimi principis divi Kasmiri felicis memoriae regis Poloniae et genitoris antecessorisque nostri carissimi habebant, quas coram nobis pro tunc exhibuerunt: Nos viso decreto praefato satis sufficienti eosdem cives nostros illuc existentes in eodem conservavimus et confirmavimus, conservamus et confirmamus per praesentes, ita videlicet quod oppidani Wielicienses vehentes sal ad Oswiecimense

depositorium, illuc sal praedictum advectum per tres dies immediate se/sequentes intraneis et extraneis hominibus vendere et si quid superfuerit, quod per praedictos tres dies vendere non possent, id in allodio sive depositorio salis deponere debent, aliis diebus fori sequentibus vendendum atque ad bene placitos usus convertendum salvis tamen salariis consulum Oswieczimensium quae a bancata sale juxta decretum olim serenissimi genitoris nostri solvere consueverant. Ideo tibi generoso Joanni Chyrnka de Raczyborzany capitaneo nostro Oswienczimensi mandamus omnino habere volentes, quatenus praefatos cives nostros de Wieliczka juxta decretum serenissimi olim genitoris nostri quod habent, et nostrum juxta quod illos remansimus conserves et conservari facias, illosque tuearis ac defendas sub obtentu gratiae nostrae aliter non facturus. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio litterarum. Datum in conventione Pyotrkoviensi generali feria tertia proxima post dominicam Ramis palmarum, Anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto, Regni vero nostri anno quarto.

Creslaus R. P. Cancellarius mp.

Relatio Reverendi in Christo Patris D. Creslai episcopi vladislaviensis et R. P. Cancellarii.

(Ex manuscripto codice Privilegiorum civitatis Wieliczka per Florianum Lovicensem notarium anno 1552 exarato, pag. 452–454)

185

bez dat

Casimirus Magnus rex Poloniae villam Bawol seu Blechy civitati Casimiriensi vendit.

An. 1340.

Kazmierz 186

In nomine domini Amen. Et si propheta testante omnis spiritus laudare dominum teneatur, specialiter tamen Alma mater ecclesia cuius fundamenta in montibus sanctis consistunt, filios suos et nutrit et exaltat, scilicet ydoneos ministros beneficijs premiando et diuersis extollendo honoribus, vt deum, a quo bona cuncta fidelibus largiuntur, exemplo eiusdem prophete, pro modulo condicionis humane laudum preconijs in omni tempore benedicant et glorificent deuotis mentibus iugiter venerantes. Nos igitur Johannes diuina et Apostolice sedis prouidentia Episcopus ecclesie Cracouiensis, una cum .. Capitulo nostro, non nullis admodum arduis

Boże Ciało

In nomine Domini Amen. Nos Petrus Dei gra=
tia episcopus Cracoviensis in rei memoriam
sempiternam, Rex magnificus, qui facit mira=
bilia magna solus supremi dispensatione con=
silii, Nos ad hoc, quamvis insufficientibus me=
ritis, misericorditer evocavit, ut pontificali dig=
nitate feliciter praesidentes, inter caeteras solli=
citudinum curas, quibus pro salute laborantes
subditorum incessanter distrahimur, singulariter
ad ea quadam specialis praerogativa favoris sumus
intenti, quae divinae laudis augmentum et sacrarum

In nomine Domini Amen. Quod magnifica regum decernit fieri authoritas, ratum atque firmum debet permanere. Proinde nos Casimirus Dei gratia Rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Pomeraniae, Russiaeque dominus et haeres notum facimus tam praesentibus quam futuris, ad quos praesentes devenerint, universis: quod volentes utilitatem thesauri nostri per locationem desertorum locorum, de quibus nulla proveniebat utilitas, magis ampliare, fidelibus nostris civibus

de Casimiria prope Cracoviam, quorum de=
fectus nonnullos dilectus noster dominus
Johannes, quem prosequimur favore speciali,
nobis fideliter exposuit, ut eosdem possint
per aliquos agros civitati iunctos reformare,
villam seu libertatem, quam volumus Liber=
tatem Johannis vulgariter nominare, super
rubetis circa fluvium dictum Cissowa sub
monte Lossotino et nostra piscina ultra
Casimiriam damus locandi omnimodam po=
testatem. In qua villa seu libertate praefato
nostro Johanni et suis legittimis successori=
bus unum mansum ab omnibus nostris iuribus
regalibus liberum penitus et exemptum tenen=
dum, habendum, possidendum, donandum,
vendendum commutandum pro sua suorum=
que successorum legitimorum voluntate con=
cedendum, nostro tamen de consensu, damus,
donamus, assignamus et perpetuo incorpora=
mus, ita tamen quod ipse Johannes omnia iura
prout et caeteri manentes in ipsa villa, teneat,

druk w Cz[illegible]
p. 41.

Wladislaus dei gracia Rex Polonie etc. universis et singulis principibus tam spiritualibus quam seculari= bus et presertim Sacri Romani Imperii Electoribus nec non ducibus, langrabijs, Comitibus, Baronibus, Militi= bus, Clientibus et cuiuslibet status et condicionis homi= nibus, Civitatum populis et Communitatibus, ad quos presentes pervenerint, fratribus, amicis et benivolis nostris carissimis, Salutem fraternam caritatem et dicendis fidem indubiam adhibere. Reverendissimi in Christo patres venerandi et venerabiles ac Illus= tres, Spectabiles, Magnifici, Strenui, nobiles et famosi fratres, amici et benivoli nostri carissimi! Dolores nostros, quos nobis insperata attulit fatorum invidia